Meminerint proinde Parochi, aliique Sacerdotes tam sublimium Donorum non participes modo, verum etiam Ministri, quanta solicitudine eos elaborare oporteat, ut fideles Mysteriorum Divinorum dispensatores inveniantur - Studeant mundam, et sine offendiculo ad D E U M, et ad homines semper habere conscientiam, illudque identidem cogitent, sancta Sancte et Religiose tractanda esse; sanctitatem igitur sacrarum rerum Ministri imprimis sectentur, puri ad sacramenta ministranda accedant, atque ita se ad pietatem exerceant, ut ex eorum frequenti tractatione, et usu gratiam indies uberiorem adjuvante D E O consequantur. Si gravioris peccati reos se noverint, sacramentali pœnitentia conscientiam emundent; si Confessarii copia defuerit, et Sacramenti administrandi necessitas urserit, Contritionem saltem eliciant, et, ut quamprimum peccata confiteantur solicite satagant.

Ritum, et ordinem in Sacramentis ministrandis teneant, quem Rituale Romanum præscribit, cuique se omnino conformare debent quæ ad illorum Valorem pertinent, acuratissime servent, nec probabilem de Valore sacramenti opinionem in

---

1) *Trid. Sess. 7. in Proe. de Sacram:*

usu scilicet materiæ formæ, et intentionis tutiore relicta sequantur; si gravissima urgente necessitate dubiam adhibere materiam necesse sit, cum certa adhiberi non possit, sacramentum sub conditione ministrandum erit, ac licet virtualis intentio ad illorum valorem sufficiat, in ipso tamen ministerio etiam actualem procurent.

Atque ut Sacramentorum Majestati externus etiam Ministrorum cultus respondeat, ea (excepto necessitatis, et longioris excursionis casu) veste semper tallari superpellicio mundo, et stola coloris Mijsterio Sacramenti congruentis cum maxima, qua fieri potest, gravitate, et devotione ministrari volumus, et jubemus, ut qui ea recipiunt, aut functioni sacramentali præsentes adsunt, vel inde intelligant, non leve, sed plane divinum esse, quod Sacerdotali geritur ministerio.

Parochi ipsi tanquam veri, et genuini ovium suarum Pastores, quoad fieri potest, sacramenta dispensent; si legitimo ipsi impedimento detenti id facere nequeant, hujus ministerii munus non aliis, quam Capellanis, aut Cooperatoribus ordinaria authoritate approbatis committant. Eucharistiam quicunque Sacerdotes sive Sæculares, sive Regulares permittente Parocho in Ecclesia dispensare possint, et pœnitentiæ sacramentum ministrare, qui ad hoc ordinaria pariter authoritate fuerint suffulti; Claves vero Tabernaculi, Baptisterii, et sacramentalium a Parocho ipso sub tuta custodia asserventur.

Quocunque tempore, sive noctu, sive interdiu, sereno, vel turbido aut pluvioso Cœlo, loco distante vel vicino ad sacramenta ministranda evocati fuerint, nullo dato impatientiae, aut reluctantis Animi signo, quavis seposita mora ministerii, sui et sponsionis memores prompte, hilariterque accurrant; imo si quem aegrotare ipsi noverint, etiam non vocati eum accedant, et aegrotantem efficaci motivo ad dignam sacramentorum susceptionem disponant, hincque fide firmatum, ac in spe erectum, tunc vel maxime ad Charitatem inducant.

Insuper Patres familias, cœterosque Parochianos sœpius pro concione admeneant, ut si quem in ipsorum domibus graviter, et periculose infirmari contigerit, illico infirmitatem aegroto etiam reluctante Parocho denuntient, nec moram illam, quae semper periculosa videri debet, interponant; quod si quis propter illorum quorum curae suberat, negligentiam sine sacramentis decesserit, negligentes ejusmodi pœna Ecclesiastica etiam publica, si ita visum fuerit, ad majorem cœterorum cautellam, ac terrorem afficientur, in pagis vero dissitis, ubi infirmi visitari saepius nequeunt, pii quipiam de vicinia viri, vel Mulieres seligantur, quibus demandetur, ut infirmis hujusmodi extrema Charitatis officia, præstent, actus Theologales eisdem suggerant, atque in extrema lucta dulcissima JESU et MARIÆ nomina invocando ipsis meritorie succurrant.

Ut autem fidelis populus ad Sacramenta majori devotione, et ampliori fructu frequentanda animetur, eorum dignitatem institutionem, Virtutem ac salutares effectus Parochi semper tam in concione, quam in Catechesi, ac sub ipsa quandoque Sacramenti administratione explanabunt, docebuntque ea quæ ad illa digne recipienda sive animi sive corporis dispositione concernant requirantur; quid sacrae cœremoniæ in uniuscujusque solemni administratione ex praecepto Ecclesiae adhibendæ innuant, quam gravi se sacrilegio obstringant, qui ea immundo corde, et cum mortalis reatus conscientia sumere præsumunt.

Denique Parochis, iisque, ad quos sacramentorum dispensatio pertinet, praecipimus, ne quidquam pro iis conferendis, aut ministrandis exigant, aut importune requirant, sed ab omni avaritiae, et turpis quaestus non modo nota, verum etiam suspicione quam longissime alieni, illud Salvatoris effatum mente teneant: gratis accepistis, gratis date. Si quid tamen ex regionis consuetudine sive elemosynae, aut necessarii subsidii, vel sustentationis nomine oblatum fuerit, id peracto jam, et administrato sacramento modeste recipi, non interdicimus; Convivia autem et potationes alicubi in aedibus Parochialibus occasione administrationis Sacramentorum Baptismatis, et Matrimonii per abusum introductos, sub poena arbitrio Nostro infligenda severissime prohibemus (1).

CONSTITUTIO X.

De Sacramento Baptismi.

Baptismus primum novae legis Sacramentum, coeterorum veluti janua omnibus indifferenter hominibus ad salutem est necessarius, veritate dicente: nisi quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu Sancto, non potest introire in Regnum D E I(2) Natura enim ex Adam irae filii nascimur, per Baptismum vero in Christo filii Misericordiae renascimur; baptizaturus itaque Sacerdos, quam actionem suscipiat, primum diligenter, serena, et imperturbata mente animadvertat; tum ad tanti muneris functionem puro corde, munda conscientia, et Veste conveniente indutus sancte, graviterque accedat; cogitet se, tanquam nuncium de Cœlo missum, et pacis D E U M inter, et Baptizandum conciliatorem esse, ut filium iræ, et damnationis sacro illo ministerio Filium D E I; Haeredem secumdum spem vitæ æternæ, et cohaeredem J E S U Christi efficiat. Ita per hoc Sa-

(1) *Math.* 10. 8.
(2) *Joan.* 3. 5.

cramentum se praebeat alienae Salutis ministrum, ne per peccata se ipsum faciat suae damnationis Authorem, neve illud in se ipso comprobet D.Gregorii lamentum: ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati Cœlestem Patriam, et Sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. (1)

Et quia teste Apostolo Baptismus est lavacrum Regenerationis, Parochi in explanatione hujus Sacramenti facienda moneant Christi fideles, ac eos efficaciter exhortentur, ut memores Characteris in Anima stabiliter impressi, et sponsionis factae abrenuntiandi Mundo, carni, Sathanae, et omnibus pompis ejus, anniversarium tanti Beneficii diem quotannis teneant, ac, ut decet electos D E I, eundem devota Sacramentorum susceptione, orationibus eleemosynis, aliisque piis operibus colant, seseque firmo proposito, ac ardenti in D E U M charitate obligent, quod sacrosancte velint semper, et in quacunque occasione ad extremum usque vitae spiritum, Sanctam, Catholicam, et Apostolicam fidem verbo, et opere palam confiteri, sicque se ipsos corde, et ore flaminis Baptismate noviter rebaptizent, ut si in fluminis Baptismate defectus aliquis ratione materiae, formae, aut intentionis requisitae contigisset, eum per hujusmodi actum gratitudinis, et desiderii suplere queant.

Materia itaque Baptismi propria, sive elementum hujus Sacramenti est omnis, et sola aqua naturalis, sive ea maris sit, sive fluvii, sive paludis, sive putei, aut fontis, quae sine ulla adjunctione aqua dici solet, quae (praeterquam in casu necessitatis) esse debet in Sabbato sancto, et Sabbato ante Pentechostes solemniter benedicta, et ad cujus benedictionem cum Parocho loci omnes Vicarios eidem subordinatos (nisi ex speciali licentia, aut consuetudine eum in Vicariali sua Ecclesia benedicendi habeant facultatem) Capellanos item, et Cooperatores, nec non sacerdotes, et Clericos omnes in eadem Parochia consistentes (nisi legitime se impeditos probent) convenire volumus, et ordinamus; si vero aqua hujusmodi tractu temporis fuerit corrupta, effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus recentem aquam juxta formulam Ritualis iterum, ac extra tempus praefatum benedicere poterit.

Fons, in quo aqua baptismalis, sic benedicta, conservanda est, et conservatur, sit ex lapide solido, ac in modum conchæ excavato, cui ad majorem commoditatem vas supremum, stano intrinsecus illitum, et cupreo pariter clausum operculo inseratur, et adaptetur, ut neque pulveres, nec aliae sordes ad aquam decidere, nec operculum a Vase dimoveri, divellique possit; Aquam vero baptismalem, nisi hyemis tempore propter frigoris rigorem congellata fortassis resolvi debeat extra fontem

---

(1) *Hom. 17. in Evang. sub fin.*

in Sacristia, vel alio quovis loco in vitris, aliisque vasibus asservari penitus prohibemus.

Lapis fontis Baptismalis operculo ligneo per modum turriculae eleganter fabrefacto, in cujus superficie prostet immago, vel Statua S.ti Joannis Baptistae Christum baptizantis, bene obseretur; in ipsa operculi cavitate, repositorium intrinsecus adornetur, in quo Vascula Sacri Chrismatis, et olei Catechumenorum, nec non vasculum salis benedicti, argenteum item cochlear pro fundenda subtiliter super caput infantis aqua, ac pelvis pro eadem excipienda asserventur; prope fontem extet piscina, seu sacrarium, in quod aqua e baptizati capite, nec non illa e prima Corporalium, et purificatoriorum lotione deflua fundi, cineresque rerum Sacrarum, vel benedictarum exustarum reponi queant; Claves tam fontis Baptismatis, quam sacrarii a Parocho ipso diligenter custodiantur; repositorium sit extrinsecus pictum intrinsecus conopoeo ex panno, vel serico decenter vestitum. Denique tam fons ipse baptismalis, quam sacrarium cratibus, sive cancellis, aut ferris ligneis concludatur, ne qua profanatio fonti sacro, rebusque in eo contentis inferatur.

Vascula pro sacris liquoribus sint ubique argentea, interius inaurata. Singula ad vitandam sacrorum liquorum confusionem exterius tum in operculo, tum in Vase ipso littera discretiva, et quidem Vasculum pro sacro chrismate littera *C.* pro oleo Catechumenorum littera *O.* et pro oleo infirmorum littera *I.* signentur. Archidiaconorum Nostrae Archidiœceseos cura sit, annis singulis feria 5.ta in Caena Domini sacros liquores novos, veteribus Sabbato Sancto combustis, a Metropolitana Nostra Ecclesia pro suis districtibus petere, et impetrare, quos parata in hunc usum capsa tribus lagenulis staneis instructa, et clave in litteris obsignata, per personam probatae fidei a Nostra Residentia Dni Archi-Diaconi obtinebunt, obtentosque inter Parochos sui districtus, servata locorum proportione ita distribuent, ut praeter necessarias iis parandis expensas, nihil prorsus requirant. Archidiaconis tamen a Residentia Nostra longe distantibus indulgemus, ut ad viciniorem Episcopum pro sacris liquoribus recurrere possint, et si sacros hujusmodi liquores Parochi intra annum sibi deficere adverterint, oleo non benedicto in minore quantitate liquoribus benedictis immixto sese juvabunt. (1)

Forma hujus Sacramenti perfecta, et absoluta est illa quam Chistus Dnus, et salvator Noster Apostolis tradidit. quaeque in Rituali Romano reperitur: Ego te Baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S.ti, cujus ennunciationi simultanea esse debet aquae super caput Baptizandi effusio ita, ut ab eo, qui Baptizat, non ante, aut post ablutionem verba sacramenti,

---

(1) *S. Congreg:*

quae formam continent, sed eodem, quo ablutio ipsa peragitur, tempore pronuntientur; utrum vero unica, aut trina ablutio fiat, nihil ad Valorem Sacramenti referre, existimandum est, retineri tamen volumus in Nostra Provincia eum ritum, ut trina fiet in modum Crucis aquae effusio, quae Divinis personarum Nominibus, correspondeat. (1)

Conditionata Baptismi forma non passim, aut temere, sed tunc solum adhibenda est, cum aliqua subest dubitatio, an quis fuerit rite baptizatus ? nec diligenti indagatione praemissa rei veritas inotescere potest; sciendum enim est non quamcumque levem in contrarium suspicionem vel scrupulum sufficere ad hoc, ut sub conditione quis baptizetur, sed probabilem requiri dubitationem, ea autem probabilis dubitatio est, quae facta etiam diligenti indagatione deponi non potest ita, ut nec moralis certitudo facti haberi queat; unde non sunt generatim, atque indistincte iterum sub conditione, ac solemniter baptizandi, quicunque privatim fuere ab Obstetricibus domi baptizati; necesse est prius rerum circumstantias distinguere, easque determinare, quae incertam reddunt, ac dubiam Validitatem collati Baptismi. (2)

Enimvero si obstetrices de sacramenti materia, forma, et necessaria in Ministro intentione non sint legitime edoctae, sicut nos, eas per Parochos et Curatos solerter edoceri jubemus, priusquam ad obstetricandi officium exercendum admittantur, eaeque in speciali eventu, quo Baptisma periclitanti Infanti privatim contulerint, a Parocho interogatae omnia rite a se adhibita testentur, quæ ad sacramentum valide conficiendum requiruntur, nulla sane probabilis ratio subest, cur Baptismus sub conditione repeti debeat, aut licite possit, sed tunc supplendae tantum erunt in templo ceremoniae.

Nisi igitur aliquid in contrarium occurrat, quod testimonio obstetricis, vel cujuspiam alterius, de Baptismo legitime administrato fidem detrahat, caveant omnino Parochi, ita monet s. Carolus Borromaeus, ne sub conditione Baptizandi formam adhibeant, cum sacrilegium comittant, si contra fecerint, et illud impedimentum contrahant quod Sacri Canones irregularitatem vocant. Quin potius in hujusmodi casibus Doctrinam sequantur Cathechismi Romani, ubi de forma conditionata: Ea Baptismi forma ex Alexandri Papae Authoritate in illis tantum permittitur, de quibus, re diligenter perquisita, dubium relinquitur, an Baptismum susceperint? Aliter nunquam fas est, etiam cum adjunctione (videlicet conditionis) Baptismum alicui iterum ministrare. Aliud est, cum collati Baptismi testimonium habetur a persona incerta. Unde

(1) *Math.* 28.
(2) *Bened. XIV, Inst. Eccles.* 3. *N.* 6.

Infantes expositi, etiamsi habeant collo appensam schedulam attestantem, eos fuisse baptizatos, ex responso sacrae Congregationis Concilii die 15. Januarii 1774. sunt denuo baptizandi sub conditione, nisi certa habeatur notitia Personae, a qua schedula sit exarrata, aut aliunde indubitatum desumatur indicium Baptismatis rite eidem collati (1) et (2).

Ut autem variis, quae appositione schedularum hujusmodi non raro nascuntur, incommodis obviemus, omnibus Nostrae Provinciae Sacerdotibus, et Clericis, ad quos ex officio Baptizare non pertinet, sub pœna suspensionis praecipimus, ne ullum Infantem extra mortis periculum Baptizare, aut schedam ita collati Baptismatis Baptizato appendendam expedire praesumant sed impetrata a Parocho loci licentia, eundem de collato sic Baptismo intra diem edoceant, nomenque Baptizati, nec non, Patris ac Matris libro Baptizandorum inserendum ut infra, scripto exhibeant.

Item: ut aliquibus saltem difficultatibus, quae Baptizandorum quandoque infantum interveniunt, pariter occurratur: attendatur oportet, ut Infans, cujus corpusculum nondum e Matris utero prodivit, sed utero reserato proditurus simul, et moriturus timetur, aliquo inducta aqua instrumento sub conditione baptizetur, cum nemo in Utero Matris clausus possit, ac debeat absolute baptizari, si vero Infans aliqua sui Corporis parte prodierit, in ea quaecunque illa fuerit, quemadmodum Rituale Romanum praescribit, sub conditione Baptizetur; quidquid in contrarium Theologorum plures sentiant. Quando pars illa ex principalioribus est: ut pectus, scapulae, brachia etc: iterum sub conditione; in Capite baptizetur, si totus ex utero Matris exierit. Si vero caput unice detectum fuerit, Baptismate absoluto tingatur (3) et (4).

Si autem dubium gravius ex parte foetus incidat, puta, quia monstruosus est, et formam refert humanae dissimilem, ne quid temere aut inconsideranter egisse videatur Parochus, Medicos et in arte peritiores consulat, eorumque sententiae se accommodet. Si periculum in mora nullum observetur, ad respectivos locorum Ordinarios, aut eorum Delegatos recurrat. Si denique adhibita pro rei qualitate sufficienti diligentia dubium remaneat utrum Anima rationali praeditus sit? formam adhibeat conditionatam, quam Rituale Romanum praescribit: si homo es, ego a te Baptizo in nomine Patris etc.

Monstrum, quod humanam speciem non praesefert baptizari non debet. Si vero dubium sit: an una, vel plures sint Personae, non baptizetur, donec id discernatur. Discerni autem potest, si habet unum, vel plura capita, et tunc totidem

---

(1) *In Synod: Provin: Mediol.* (2) *De sacr: Bapt. N. 57.*
(3) *Bened. XIV. in Synod. Dioec lit 7 cap. 5.* (4) *Idem §. 7. loc: cit.*

erunt corda, et Animae, hominesque distincti, seorsim baptizandi, unicuique dicendo: ego te baptizo etc. si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separati baptizentur; poterit Parochus singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare dicendo: ego vos baptizo etc. si vero nullatenus certum sit, in Monstruo duas esse Personas, ut quia duo capita, vel duo pectora non habet distincta; primum absolute baptizet; alterum sub conditione, si non es baptizatus etc. si autem praegnans mortua fuerit, foetus quamprimum caute extrahatur, et si vivus fuerit, baptizetur si autem mortuus, in loco sacro sepeliri non debet, ita Rituale Romanum.

Legitimus hujus sacramenti Minister est proprius Baptizandi Parochus, vel de ejus, aut Ordinariorum licentia alius Sacerdos, aut etiam Diaconus; cogente vero necessitate, ubi Baptismus sine solemnibus Ecclesiae coeremoniis propter periculum ministrari debet, illius Minister est omnis homo ratione utens, sive Mas, sive foemina, sive Baptizatus, sive non Baptizatus dummodo applicata rite materia, et forma, intentionem saltem habeat generalem faciendi, quod Ecclesia Catholica in eo administrationis genere statuit. Ordinem tamen aliquem Ministrorum in hujusmodi etiam necessitatis casibus observari maxime decet, ita ut praesente Parocho non baptizet alius sacerdos, nec praesente sacerdote Clericus, nec laicus praesente clerico, aut praesente Viro foemina, nisi haec modum Baptizandi magis calleat, aut verecundiae ratio aliud requirat,

Et quoniam saepe incidunt tempora in quibus propter Vitae periculum tum ab aliis de populo, tum saepissime ab Obstetricibus Baptismum ministrari necesse sit, Parochi, aliique Animarum Rectores tam in concione, quam Catechesi populo Baptismi rite ministrandi modum frequenter explanabunt, docendo, quae sit ejus Materia? quae forma? quae ad eum rite conferendum requiratur intentio? maximaque cura, et studio elaborabunt, ut promiscue omnibus ea cognita, et perspecta sint, quae ad ejus sacramenti substantiam pertinent. In quolibet vero pago una saltem Obstetrix, quae parturientibus subvenire valeat, rite instructa designetur, Matres ne cum prolibus non Baptizatis evidenti mortis, et salutis periculo exponantur.

Patrini, qui ex Vetustissima Ecclesiae consuetudine ad Baptismum tanquam fidei, et Vitae Christianae pro Baptizato sponsores, et fidejussores adhiberi solent, eligantur, qui spiritualis hujus tutellae administrationem fideliter velint, ac sedulo, et acurate gerere possint; quocirca praeter naturales Parentes, quibus non licet eam curam suscipere, ab hoc munere prohibendi sunt inprimis haeretici, et quocunque modo de haeresi suspecti, nisi fidei professionem antea ediderint, Judaei, infedeles, publici criminosi, infames, excommunicati, qui praece-

pto Paschalis communionis non satisfecerint, qui Doctrinae Christianae rudimenta ignoraverint, impuberes, sacramento Confirmationis nondum consignati; Clerici omnes, praesertim vero Regulares.

Ex iis porro, quos ad obeundum Patrinorum munus Parochus idoneos judicabit, unus tantum, sive vir, sive Mulier, vel ad summum unus, et una, sacro Concilio Tridentino ad vitandam multitudinem cognationis spiritualis ita statuente, Baptizatum de sacro fonte suscipiant, nec plures ad physicum prolis baptizandae contactum admittantur, admissosque Parochus diligenter admonebit, ut muneris sui mores, nec vano, et inani hujus functionis nomine contenti cogitent, se hac potissimum lege obstrictos esse, ut spirituales filios suos perpetuo sibi comendatos habeant, atque in iis, quae ad Christianae Vitae institutionem spectant, diligenter curent, ut illi tales se in omni vita praebeant, quales eos futuros solemni coeremonia spoponderunt. Docebit praeterea Patrinos cum Baptizato, baptizatisque Parentibus spirituali cognatione esse conjunctos, ita ut legitima Nuptiarum foedera inter eos iniri non possint, atque inuita dirimantur; quo tamen spiritualis cognationis vinculo Parentes nullo modo ligari declarabit, si occurrente necessitatis casu, et in alterius Personae defectu propriam prolem periclitantem ipsi aut baptizent, aut etiam suscipiant. (1)

Baptismus solemniter in Ecclesia ministretur, nec ulli Parochorum, aut Cooperatorum liceat extra Parochialem, vel filialem Ecclesiam, nisi necessitas, aut vitae periculum aliter postulet, sacramentum Baptismi in aedibus vel Capellis privatis sub poena suspensionis ministrare, multo minus praetermissa caeremoniarum solemnitate infantem abluere, et coeremonias in aliud tempus usque ad Patrinorum adventum differre, non obstante quocumque praetextu, aut consuetudine, quam velut corruptellam, et in Visitatione Nostra Pastorali damnavimus, et praesenti Nostro statuto, si alicubi vigeat, denuo tollimus, et abrogamus.

Praeterea Ethnicorum, vel fabulosa Gentilium Nomina baptizatis nequaquam imponantur, sed illorum qui propter excellentem animi pietatem, et Religionem in sanctorum numerum sunt relati, ut Baptizatus nominis similitudine ad Sanctitatis et Virtutis immitationem excitetur, atque ita Patronum suum colat, et immittetur in terris, ut ejus aliquando consortio perfrui mereatur in Coelis.

Moneri etiam magnopere a Parochis Parentes Volumus, ut liberos suos recens natos, cum primum possint, ad Ecclesiam deferri et solemnibus Caeremoniis baptizari curent; nec unquam baptismum ultra triduum differant; nam, cum infan-

(1) *Trid. Sess. 24 c. 2. de Ref. Matr.*

tibus nulla alia salutis camparandae ratio, nisi eis baptismus praebeatur, relicta sit, gravi culpa sese obstringunt ii, qui eos sacramenti gratia diutius, quam necessitas postulet, carere patiuntur, cum praesertim ob aetatis imbecillitatem infinita pene vitae pericula illis impendeant.

Ab iisdem Parochis, peracto baptismi ministerio Parentibus per obstetricem denunciari, ac alias soepius ex Cathedra promulgari, mandamus, ne aut ipsi, aut Nutrix, aut alius quiscunque Infantem ante expletum aetatis annum in lecto sine repagulo secum retineant, peccati reatum, et casum Nobis reservatum, si contra fecerint, incursuri; illam quoque consuentudinem piam, et laudabilem retineri volumus, ut puerperae, cum primum, Domo exierint, ad Ecclesiam se conferant, ubi DEO gratias pro incolumitate agant, et Benedictionem a sacerdote recipiant.

Librum Baptizatorum decenter, et bene compactum Parochi sub sua costodia, vel in domo Parochiali, vel, quod malumus, in sacristia servent, in quo nomina Baptizatorum, diem mensem annum, locum, seu oppidum, in quo nati fuerint, tum eorum patrem, et matrem, horumque pariter, si e Nobilibus sint, genitorum nomina simul, et cognomina, nec non utrum Infans e legitimo, vel illegitimo Thoro prognatus sit, Patrinos denique, et Ministrum acurate, et statim post collationem Baptismi juxta sequentem formulam inscribet.

Pro Legitimis.

Scripta in medio data administrati baptismi

Joannes [Petrus, Filius legitimus, et naturalis Antonii, Filii Josephi Loish de Pliscaviza, et Ursulae jugalium Baniz de Terzio, tum ejus Uxoris Mariae, Filiae Pauli Dulz de Locaviz, et Catharinae Pelin de Salcano pariter jugalium. Natus heri hora tertia pomeridiana. Baptizatus fuit a me Joanne Schander Parocho (vel Cooperatore loci, vel 'sacerdote de licentia Parochi Patrinis levantibus N. N. in Parochiali Ecclesia N. die 16. Octobris anno salutis 1768.

Pro illegitimis.

Nicolaus Filius naturalis, et illegitimus Annae, Filiae legitimae Georgii Benz de Sternel, et Ursulae Finchin de Meazu Jugalium Patre incognito (cujus nomen, et cognomen, tametsi resciatur, ad avertendam illius infamiam omitti, mandamus) Natus heri hora prima matutina. Baptizatus fuit etc. reliqua ut supra.

Si infans expositus vel ex aliena sit delatus Parochia, id ipsum inseratur; si de licentia proprii Parochi alius Parochus, aut sacerdos, vel in casu necessitatis quiscunque alius prolem sine licentia baptizaverit, prout Baptismus, collatus fuit, libro Parochiae, in qua proles baptismum suscepit, inscribatur. Deinde: facta Baptismi inscriptione tantum relinquatur spatii, ut procedente tempore addi possit, qua die mense, et anno, quo loco, qua aetate, a quo Antistite, quo Patrino, vel Patrina assistente baptizatus, aut baptizata sacramentum Confirmationis susceperit.

Caeterum caveant Curati, ne proles aliqua ob eorum incuria sine baptismo decedet, in Justitiam enim D E I, et Ecclesiae irremissibiliter inciderent, quod ut minime contingant, Misericordiarum Patrem exorantes, Parentibus omnibus, in casu tantummodo necessitatis, facultatem concedimus a vicinioribus Curatis, licet non propriis, baptismum festinanter petendi, ac illis licentiam damus, proles ejusmodi rite, ac licite baptizandi.



ORDINARIUS

CELSISSIMUS ET REVERENDISSIMUS

DOMINUS DOMINUS

FRANCISCUS XAVERIUS LUSCHIN

Dei et Apostolicæ Sedis gratia

ARCHIEPISCOPUS GORITIENSIS

METROPOLITA IN REGNO ILLYRIÆ

AC PRINCEPS IMPERII AUSTRIACI

etc. etc.

Natus Teinaci in Carinthia die 3 Decembris 1781; Sacerdos ordinatus Clagenfurti die 26. Augusti 1804; consecratus Episcopus Tridentinus Salisburgi die 3. Octo. 1824; inde promotus ad Cathedram Archiepiscopalem Leopoliensem et Dignitatem Primatis Regni Galiciæ: tandem Altissima Resolutione de die 9 Jan. 1835 Archi-Præsul Goritiensis designatus; a S. Sede Apost. die 6. Aprilis confirmatus; 12 vero Junii Insignibus Archiepiscopalibus Viennæ Austriæ decoratus; atque 8. Sept. 1835 huic Sedi solemnissime impositus.

EPISCOPI SUFFRAGANEI

HUJUS

METROPOLEOS.

ECCLESIÆ LABACENSIS

CUM ANIMABUS

496686

Cel.mus, Exel.mus ac R.mus Dominus Antonius Aloysius Wolf, natus Idriæ in Ducatu Carnioliæ die 14 Junii 1782; Sacerdos ordinatus Labaci 15. Dec. 1804; Episcopus Labacensis 27. Febr. 1824 designatus; 12. Julii a Sancta Sede confirmatus; 3. Octobr. Goritiæ consecratus, Sedis Episcopalis solemnem possessionem adiit 31. Octobr. 1824.

ECCLESIÆ PARENTINÆ POLENSIS

CUM ANIMABUS

60306

Ill.mus et R.mus Dominus Antonius Peteani, natus Goritiæ die 13. Aug. 1789; Sacerdos ordinatus 4. Oct. 1812; Episcopus Parentinus-Polensis 25. Jun. 1826. designatus; 9. Aprilis 1827 a Sancta Sede confirmatus; 24. Jun. Goritiæ consecratus; Sedis Cathedralis Parentinæ 28. Oct. 1827, et Concathedralis Polensis 9. Maji 1830 solemnem possessionem adiit.

ECCLESIÆ VEGLIENSIS

CUM ANIMABUS

38640

Ill.mus et R.mus Dominus BARTHOLOMÆUS BOZANICH, natus Verbenici die 12 Apr. 1789; Sacerdos ordinatus 19. Martii 1812; Episcopus Vegliensis 1. Jan. 1839 designatus; 8. Jul. a Sancta Sede confirmatus, Goritiæ 6. Oct. consecratus, solemnem Cathedralis possessionem adiit 10. Novembris 1839.

ECCLESIÆ TERGESTINÆ-JUSTINOPOLITANÆ

CUM ANIMABUS

238185

Ill.mus et R.mus Dominus BARTHOLOMÆUS LEGAT, natus in Naklas Carnioliæ Ducatus 16. Aug. 1807; Sacerdos ordinatus Goritiæ die 19. Sept. 1830; Episcopus Tergestinus-Justinopolitanus 7. Octobris—designatus; 22. Dec. 1846. a Sancta Sede confirmatus; Goritiæ 11. Aprilis consecratus; adiit solemnem possessionem Cathedralis Tergestinæ 18. ejudem, et Concathedralis Justinopolitanæ 2da Maji 1847.

CAPITULUM THERESIANUM ECCLESIÆ METROPOLITANÆ

Canonici effectivi, et Protonotarii Apostolici ex Ordine partecipantium.

P. T. D. Codelli Augustinus L. B. de Fahnenfeld, Præpositus mitratus, et Director Cæs. Reg. Instituti Philosophici; J. P. Codelli L. B. de Fahnenfeld.

. . . Slabus Matthæus, Decanus Capituli; J. P. Comit. a Montecuccoli.

. . . Budin Petrus, Scolasticus; J. P. Caes.

. . . Hualla Thomas, Canonicus et Commissarius Archiepiscopalis in examinibus publ. e doctrina relig. juventutis C. R. Gymnasii academici et Instituti philosoph.; J. P. Cæs.

. . . Fabiani Matthæus, Canonicus Par. et Decanus ad Eccl. Metrop.; J. P. Cæs.

. . . Filley Petrus, Canonicus,

. . . Urdich Antonius, Canonicus ad baculum, Scholarum Diœces. Inspector suprem. et Referens in scholasticis ad Consistorium Archiepiscopale.

Canonici honorarii.

P. T. D. Godeassi Josephus, Archi-Episcopus Jaderensis, C. R Consil. Gub.

. . . Marizza Joannes, Parochus civitatis ad S. Ignatii.

. . . Beck Ignatius Ss. Theologiæ D.r ac C. R, Gub. Consiliarus, etc.

. . . Stibiel Jacobus, Prof. Historiæ eccl. et Juris eccl. Austriaci, nec non Examinator synodalis ex Jure eccles.

Consistorium et Præses.

Celsissimus ac Reverendissimus Archiepiscopus et Princeps.

Consiliarii Consistoriales effectivi.

P. T. D. Codelli August., L. Bar. de Fahnenfeld.
. . . Slabus Matth., Decanus.
. . . Budin Petrus, Scholasticus.
. . . Hualla Thom., Can.
. . . Fabiani Matth., Can.
. . . Filley Petrus, Can,
. . . Urdich Antonius. Can.
. . . Spridion Josephus, Cancellar. Archiepis. et Referens in ecclesiasticis ad Consistorium Archiepiscopale,

} ut supra.

Cancelleria officii Archiepiscopalis.

P. T. D. Spridion Josephus ut supra.
. . . Lapagna Joannes I. Cancellista, seu Notarius.
. . . Buglioni Jesephus, II. Cancellista.
. . . Rossi Antonius, Scriba.
Cursores duo.

STUDIA THEOLOGICA IN CENTRALI

CLERICORUM SEMINARIO PRO ILLYRICO LITORALI.

Director studiorum Theologicorum.

Celsissimus ac Reverendissimus Archiepiscopus et Princeps

Vice Director studiorum Theologicorum

P. T. D. Caffou Antonius, Director Seminarii Clericorum, Vice Director studii theologici, Prof. Theologiæ moralis, et Examinator synodalis è Theologia morali.

Professores.

P. T. D. Stibiel Jacobus, Canonicus honorarius, Prof. Historiæ eccl. et Juris eccl. Austriaci, nec non Examinator synodalis ex Jure eccl.
. . . Crobath Josephus, Prof. studii Biblici N. F. et Examinator synodalis e Paraphrasi Biblica N. F.
. . . Caffou Antonius, Prof. Theol. moral. ut supra.
. . . Zängerle Aloysius, Prof. Theol. dogm.
. . . Della Bona Joan. Jac. D.r Ss. Theol. Prof. Theologiæ pastoralis, nec non Examinator synodalis ex Theologia pastorali.
. . . Kozianzhizh Stephanus, Prof. studii Biblici V. F. et LL. OO.
. . . Budau Joannes, Catech. C. R. Schol. normal capit. et Prof. catecheticæ et pædag. in Seminario centrali.

I. Decanatus Goritiensis.

Parochia decanalis ad Eccl. Metrop. Ss. Hilarii et Tatiani Mm.

(Jur. Patron. Cæsarei cum anim. 4570.)

P. T. D. Fabiani Matth. Parochus, Decanus ut supra.
. . . Zuanelli Vitus, Cærem.,
. . . Vatta Joannes,
. . . Licen Joan. Nepom.,
. . . Abram Joannes,
. . . Legischa Andreas,
. . . Pirz Matthæus,
} Vicarii Chori et Coop.

P. T. D. Mareschi Joannes, Sacrista Metropolitanæ.

Alii Sacerdotes in Paroch. decan. degentes

P. T. D. Pertout Laurentius, Sacerd. Prof. Scientiæ Relig. et Educat. in Cæs. Reg. Instituto Philosoph. supplens.
. . . Pauletig Andr., Sacerd. pens.
. . . Periz Joan. Sacerd. pens.
. . . Stubel Franciscus, Sacerd. pens.
. . . Pauletig Andr. jun., Sacerd, simpl.
. . . Novajolli Petrus, Sacerd, pens.
. . . Abram Joan. Sacerd. pens. Diœcesis Wratislaviensis.
. . . Sterling Petrus Sacerd. pension. ad tempus.
. . . Sfiligoi Antonius, Sacerd. quiesc.

Conventus Capucinorum.

R. P. Bruss Justinus, Custos, Definitor et Guardianus.
. . . Juretisch Aloysius Maria, Vicarius et Confessarius.
. . . Mosettitsch Joan Bapt. Exprovincial. et Confessarius.
. . . Trevisani Fortunatus, Senior prov. et Confessarius.
. . . Logar Seraphinus, Confessarius.
. . . Spinell Henricus, Sacerdos conventualis.
. . . Walleuko Anselmus Sacerdos stud. III. an. Theol.
. . . Gleixner Callistus, Sacerd. stud. III. an. Theol. Merani.
(cum 2 Clericis Theologiæ, 1 Clerico Philosophiæ, studentibus, et 3 Laicis.)

Conventus Fratrum Misericordiæ.

R. P. Weber Uldaricus, Prior.
(cum. 8 Fratribus.)

Conventus Sororum Misericordiæ.

R. M. Joanna Nepom. Picinin, Superior.
(cum 5 Individuis.)

Conventus Monialium S. Ursulæ cum 32 Individuis, quibus etiam incumbit, Scholæ puellarum capitali providere.

P. T. D. Grusovin Josephus, Conf. Monial. S. Ursulae.
. . . Sessich Ant. Capel. Catech. Schol. Capit. puellar., et Catech. Subsid. Schol. norm. Capit. puer.

Ad S. Andreæ Capellania.

(Fil. Eccl. Metropol. cum anim. 920.)

P. T. D. Kobau Ant., Capellanus.

Parochia ad S. Ignatii Goritiæ.

(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 4055.)

P. T. D. Marizza Joan., Nepom., Parochus ut supra.
. . . Ellersig Joan. Bapt., Coop.
. . . Merzina Franc., Coop.
. . . Wolf Andr. Benef. Renzinger et 3. Coop.

Alii Sacerdotes in Parochia degentes.

P. T. D. Budin Joseph. Catech. Cæs. Reg. acad. Gym. Gorit.
. . . Bacci Josephus Sacerdos simpl.
. . . Kulloth Joan. Ex-Parochus Diœc. Lavantinae. pens.
. . . Canestrini Joan. Bapt. Cap. Archiep.
. . . Lustik Joan. Ev. Cap. Archiep.
. . . Hladnik Matthæus, Magist. Schol. normal capit.
. . . Kosher Franciscus, Ludimagister Surdo-Mutorum.
. . . Schober Joannes, Ludimagister Surdo-Mutorum.
. . . Petkosizh Jos. Sacerd. def. jubil. Tergest.
. . . Kodermaz Andr., Sacerd. Labac. pens.
. . . Mattiusi Valentinus. Confessarius.
. . . Jirauschek Francisc. Sacerd. simpl. Diœcesis Pragensis.

Conventus Franciscanorum Castagnavizzæ cum Instituto domest. Phil. et Theol.

R. P. Vecerina Barth., Guard. Lector Stud. Biblici V. F. appr. simul in Gymn. Lect. ex Auctor. interpretatione et Stylo.
. . Wolzhizh Sales., Definitor et Lector scient. Relig. et Phil. adpr.
. . Vascotti Clar., Vic. Conv. Lector Historiæ eccl. et Juris can. appr. nec non concionator ital.
. . Laupetizh Paul., Lect. Stud. Biblici N. F. appr. simul in Gymn. Lect. ling. græcæ.
. . Schmaidek Mansuetus, Lect. Physicæ appr. Mag., et Exhortator Laicor., simul in Gymn. Lect. Geographiæ.
. . Osimk Eustach., Lector Math. appr. Histor natur et Exhortator F. F, Clericorum.
. . Stamzer Regalatus Lector suppl. Philol. lat. et Historie univ.
. . Juch Ildefonsus, Confes.

(cum 21 Studentibus, et 7 Laicis.)

In suburbio Plazzuta Parochia Ss. Viti et Modesti Mm.

(Jur. Patron. Cæs cum anim. 1924.)

P. T. D. Ralza Martinus, Parochus.
. . . Terzhon Joseph., Coop.
. . . Masgon Josephus, Parochus jubil.

In suburbio S. Rochi Capellania local.

(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1515.)

P. T. D. Zhermiel Josephus, Capell. local.
. . . Bratina Joannes, Coop.

Salcanum, Parochia S. Stephani Proto-Martyr.

(Jur. patron. Cæs. cum anim. 1990.)

P. T. D. Periz Philippus, Parochus.
. . . Bunz Bartholomæus, Manemissarius, et Coop.
. . . Mosetizh Franciscus, Coop. et Ludimagister,

Pčuma, Capellania S. Silvestri Pp. Conf. dep. a Salcano
(cum anim. 608.)
P. T. D. Zarli Valentinus, Capell.

Ad S. Mauri Capellania depend. a Salcano.
(cum anim. 481.)
P. T. D. Juron Mathias, Capell.

Gargarum, Capellania S. Martini Ep. depend. a Salcano.
(cum anim. 989.)
P. T. D. Skubiz Josephus, Capell.
. . . Zoratti Franciscus, Ludimagister et Subsidiarius.

Batta, Capellania S. Crucis depend. a Salcano.
(cum anim. 1059.)
P. T. D. Fiegl Joan., Capell.

Chiapovanum Capellania S. Joan. Bapt. depend. a Salcano
(cum anim. 1280.)
P. T. D. Doliak Valentinus, Capell.

Tribussa superior, Capellania S. Francisci Xaver. subjecta Salcano.
(Jur. Patr. Cameral. Silvar. Off. cum anim. 702.)
P. T. D. Puziher Antonius, Capell. expos. prov.

Raunizza Capellania S. Margaritæ V. M. depend a Salcano.
(cum anim. 815.)
P. T. D. Strekel Bartholomæus, Capell. et Ludimagister.

Loqua, Capellania localis, S. Antonii C.
(Jur. Patr. Cæs. cum anim. 510.)
P. T. D Svetlizh Antonius, Administrator.

Montis Sancti Sanctuarium, depend. a Celsiss. ac Reveren Ordinario (cum anim. 72.)
P. T. D. Celotti Paulus, Vice - Director et Confessarius,
. . . Visintini Franciscus, Confessarii.
. . . Visintini Joannes, Confessarii.
. . . Samitz Josephus, Confessarii.
. . . Budin Blasius, Confessarii.

Summa anim. Decan. Gorit. 21490.

II. Decanatus ad S. Petri.

Parochia Decanalis ad S. Petri prope Goritiam.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 2093.)
P. T. D. Buzik Blasius, Paroch. Decan. Schol. Inspect. district. et Consil. Consistor. ad honor.

P. T. D. Schauli Joseph, Coop.
. . . Lampe Blasius, Cap. prov. Vertoibæ.
. . . Sever Jos., Ex-Parochus.

Biglia, Capellania S. Antonii C. depend. a Par. S. Petri.
(cum anim. 1219.)

P. T. D. Peternel Ignatius, Capell.
. . . Franceschini Barthol., Sacerd. pens.

Ranzianum, Parochia Ss. Hermag. et Fort. Mm.
(Jur. Patron. Com. a Strassoldo cum anim. 1584.)

P. T. D. Mozhnik Joseph., Parochus.
. . . Fabiani Aloysius, Coop.

Vogarska, Parochia S. Justi M.
(Jur. Patron. Lib. Bar. a Taco cum anim. 579.)

P. T. D. Braida Casparus, Parochus.

Prebacina, Parochia S. Andreae Ap.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1177.)

P. T. D. Madon Mathias, Parochus.
. . . Doliak Stephanus, Coop.

Gradiscutta, Exposit. Concept. B. M. V. depend. a Parochia Prebacinæ.
(cum anim. 471.)

P. T. D. Okorn Fidelis, Capell. exposit, et Ludimagister.
. . . Vuk Josephus, Sacerd. simplex.

Merna, Parochia S. Georgii M.
(Jur. Patron, Cæs. cum anim. 1545.)

P. T. D. Spollad Christoph., Parochus.
. . . Pelizon Jos. Coop.,
. . . Strukl Gregorius, Ludimag. et Capel. Fest. in Monte Grado.

Savodnja Expositura S. Martini depend. a Par. Mernæ.
(cum anim. 548.)

P. T. D. Makuz Valentinus, Capell. exposit. et Ludimagister.

Summa anim. Decanat. S. Petri 9216.

III. Decanatus Canalis.

Canalis, Parochia decanalis B. M. V. Assumptæ.
(Jur. Patron. Familiæ Ducalis a Blacas cum anim. 2031.

P. T. D. Periz Antonius, Paroch., Decan., Schol. Inspect. district et Consiliar. Consist. ad honor.
. . . Respet Andreas, Coop.
. . . Leupushizh Andreas, Coop.
. . . Kragl Andreas, Sacerd. pensionatus.

Deskla, Capellania S. Georgii M. depend. a Parochia Canalis.
(cum anim. 1018.)

P. T. D. Strukel Franciscus, Capell. et Ludimagister.

Gorenje polje, Capellania S. Mich. Arch. depend. a Parochia. Canalis.
(cum anim. 1005.)
P. T. D. Lumbar Antonius, Capell. et Ludimagister.

Idria Canalis, Capellania S. Zenonis depend. a Par. Canalis.
(cum anim. 1027.)
P. T. D. Ukmar Anton., Capell. et Ludimagister.

Sarsina sive Sapatok, S. Gabriel. Arch. Expositura Par. Canalis.
(cum anim. 270.)
P. T. D. Delkin Franc., Expositus.

Ronzina, Vicariatus S. Andreae Ap. subj. Par. Canal
(cum anim. 2000.)
P. T. D. Gregorschizh Ant., Vicarius.
. . . Caffou Philippus, Coop.
. . . Jeklin Lucas, Parochus jubil.

Auza, Capellania S. Martini Ep. depend. a Par. Canal.
(cum anim. 559.)
P. T. D. Stepanzizh Antonius, Capellanus.

Leupa, Capellania St. Stephani Proto-Martyr. depend. a Par. Canal.
(cum anim. 875.)
P. T. D. Kragl Joannes, Capellanus.

Bajnshiza, S. Spiritus Capell. depend. a Par. Canalis.
(cum anim. 872.)
P. T. D. Kravagna Andreas, Capellanus.

Kau, Capell. S. Georgii M. depend. a Par. Canalis.
(cum anim. 1200.)
P. T. D. Duriava Josephus, Capellanus.

Lom, Capellania Ss. Primi et Feliciani Mm. depend. a Par. Canalis.
(cum anim. 1000.)
P. T. D. Salamanti Matthæus, Capellanus.

Lokoviz, Capell. Ss. Petri et Pauli Ap. dep. a Par. Canalis.
(cum anim. 1425.)
P. T. D. Nagode Lucas, Capellanus.

Summa animarum Decanat. Canalis 13290.

IV. Decanatus Tulmini.

Tulminum, Parochia decanalis B. M. V. Assumptæ.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 4116.)
P. T. D. Strukl Joannes, Paroch. Decan.

P. T. D. Lazzar Antonius, Coop.
. . . Penzin Carolus, Coop.
. . . Kriviz Mathias, Sacerd. pens.
. . . Caucig Simon, Sacerd. jub.

Libuschina, Capell. S. Spiritus, subjecta Par. Tulmini.
(cum anim. 1540.)

P. T. D. Zheru Joannes, Capellanus.
. . . Beuk Joannes, Coop. et Ludimagister.

Dreshenza, Capell. S. Georgii M. depend. a Par. Tulm.
(cum. anim. 917.)

P. T. D. Schushnik Laurent., Capellanus.

Volzana, Parochia S. Leonardi C.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1875.)

P. T. D. Peternel Andreas, Parochus, Schol. Inspect. district. Tulmini, et Consil. Consist. ad honor.
. . . Juch Andreas, Coop.
. . . Prinzizh Stephanus, Ludimagister et Subsidiarius.

Ad S. Luciæ, Capellania localis.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1604.)

P. T. D. Ruttar Thomas, Capellanus local.
. . . Leban Joannes, Coop.

Idria de Bazha, Capell. localis S. Joannis Bapt.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 466.)

P. T. D. Pirich Michael, Capellan. loc.

Rozha, Capell. localis S. Joannis Evang
(Jur. Patron. Cæs. cum anim, 598.)

P. T. D. Zhesnik Marcus, Capellanus local.

Tribussa inferior, Capellania localis S. Jacobi maj.
(Jur. Patron Cæs. cum anim. 636.)

P. T. D. Podreka Franciscus, Capellanus local.

Ad Montem S. Viti Parochia
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1550.)

P. T. D. Soudat Josephus, Administrator
. . . Mozhnik Antonius, Coop. et Ludimagister.
. . , Pirich Joannes, Paroch. jub.

Pekina, Exp. Ss. Hermag. et Fort. Mm. depend. a Par. Montis S. Viti.
(cum anim. 398.)

P. T. D. Sbogar Primus, Exposit.

Paniqua, Capellania B. M. V. Præsent. depend. a Par. Montis S. Viti.
(cum anim. 702.)

P, T, D. Comaz Antonius, Capellanus.

Podmeuz, Parochia B. M. V. Assumpt.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1872.)
P. T. D. Kragl Joannes, Parochus.
. . . Pervajne Georgius, Coop.
Grahova, Capell. S. Annæ depend. a Par. Podmeuz.
(cum anim. 656.)
P. T. D. Vogrig Joannes, Capellanus.
Ruthæ theutonicæ (Deutschgereuth) Par. S. Lamberti M.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 568.)
P. T. D. Bresauszhek Philippus, Administrator,
Sterschiszhe, Capell. S. Osvaldi Er. C. depend. a Par. Ruth. th.
(cum anim. 654.)
P. T. D. Mozhnik Lucas, Capellanus.
Podberda, Parochia S. Nicolai Ep. C.
(Jur Patron. Cæs. cum anim. 1237.)
P. T. D. Skozhir Andreas, Paroch.
. . . Battig Josephus, Coop.
. . . Florianzhizh Valent. Sac. pens.
Obloka, Epiphania Domini Expositura Par. Ruh.
(cum anim. 399.)
P. T. D. Flander Antonius Capellanus.

Summa animarum Decanat. Tulmini 19788.

V. Decanatus Circhinæ.

Circhina, Parochia decanalis S. Annæ.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 3006.)
P. T. D. Sbona Antonius, Parochus Decanus Schol. Inspect. distr. et Consil. Consist. ad honor.
. . . Ruttar Laurentius, Coop.
. . . Cumar Joannes, Coop.
. . . Roiz Franciscus, Sacerd. pens.
Orehik S. Ubaldi Ep. C. Expositura Par. Circhinæ.
(cum anim. 495.)
P. T. D. Velikonja Joannes, Exposit.
Bukava, Parochia S. Leonardi
(Collationis liberae cum anim. 958.)
P. T. D. Mlaker Joannes, Parochus.
Ottalesch, Capell. S. Catharinæ V. M. dep. a Par. Circh.
(cum anim. 1043.)
P. T. D. Kristan Laurentius, Capellanus.
Novake, Capell. S. Thomæ Ap. depend. a Par. Circh.
(cum anim. 954.)
P. T. D. Jeram Josephus, Capellanus.

Rauna, Capell. localis S. Uldarici Ep. C.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 288.)
P. T. D. Mattuz Blasius, Cappellanus localis.
Schebrellia Parochia S. Georgii M.
(Jus. Patron. Cæs. cum anim. 925.)
P. T. D. Jekshe Andreas, Administrator
Jagersche, Capellania localis S. Ursulæ.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 297.)
P. T. D. Vuga Stephanus, Capellanus localis, prov.

Summa anim. Decan. Circhinæ 7966.

VI. Decanatus Ampletii.

Ampletium (Flitsch), Par. decanalis S. Uldarici Ep. C.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 3434.)
P. T. D. Pirz Joannes, Parochus Decanus Inspect. Scholar. distr. et Consil. Consist. ad honores.
. . . Stibiel Josephus, Coop.
. . . Sellak Joannes, Coop.
Loch, Capell. S. Stephani Protom, depend. a Par. Ampl.
(cum anim. 690.)
P. T. D. Nau Antonius, Capellanus.
Zhes-Sozha, Capell. S. Antonii Ab. depend. a Par. Ampl.
(cum anim. 964.)
P. T. D. Cuttin Thomas, Capellanus.
Serpeniza, Capell. S. Floreani depend. a Par. Ampl.
(cum anim. 1941.)
P. T. D. Vuga Stephanus, Capell.
Sozha, Capell. localis S. Josephi.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1250.)
P. T. D. Massera Mathias, Capellanus localis.
Caporetum Parochia B. M. V. Assumpt.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 2306.)
P. T. D. Gollia Stephanus, Parochus.
. . . Lapagna Georgius, Coop.
Ternova, Capell. SS. Trinit. depend. a Par. Caporet.
(cum anim. 357.)
P. T. D. Sbogar Valentinus, Capellanus.
Creda. S. Nicolai Ep. C. Expositura Caporet.
(cum anim. 550.)
P. T. D. Merzina Georgius, Exposit.
Lonch, Ss. Primi et Feliciani Mm. Exposit. Bergognæ.
(cum anim. 533.)
P. T. D. Mellinz Matth., Exposit.

Boreana, Capell. S. Catharinæ depend. a Par. Caporet
(cum anim. 449.)
P. T. D. Podhersizh Josephus, Capellanus.
Sedula, Capell. S. Crucis depend. a Par. Caporet.
(cum anim. 891.)
P. T. D. Vidmar Franciscus, Capellanus.
Bergogna, Vicariat. perpetuus S. Nicolai Ep. C.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 535.)
P. T. D. Marzolla Jacobns, Vic. provis.
Luico, Capell. independ. S. Jacobi Ap.
(cum anim. 783.)
P. T. D. Sabladosky Josephus, Capellanus.

Summa anim. Decan. Ampletii 14683.

VII. Decanatus Zhernizæ.

Zherniza, Parochia decanalis S. Viti M.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 2018.)
P. T. D. Pagon Matth., Paroch. Decan. Schol. Inspect. district. et Consil. Consist. ad honor.
. . . Costa Franciscus, Coop.
Schönpass, Parochia S. Silvestri Pp. C.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 1590.)
P. T. D. Jerizh Jacobus, Paroch.
. . . Saunik Martinus, Coop.
Ternova, Cap. B. M. V. ad Nives, depend. a Par. Schönp.
(cum anim. 520.)
P T. D. Hoban Joannes, Capellanus.
Battulia, Capell. localis S. Annæ.
(Jur. Patron., Famil. Lipoush cum anim. 332.)
P. T. D. Vitrich Anton., Cap. loc.
Kamnje, Parochia S. Michaelis Arch.
(Jur. Patron. Cæs. cnm anim. 2795.)
P. T. D. Battaghel Andreas. Parochus.
. . . Fiegl Joannes, Coop.
. . . Boshizh Andreas, Coop.
. . . Erjauz Josephus, expositus ad S. Thomæ.
Ad S. Crucis Par. J. P. Par. Vippac.
(cum anim. 1478.)
P. T. D. Sleiko Josephus, Parochus.
. . Vouzizh Josephus, Coop.
Shabla major, S. Rochi C. Expositura S. Crucis.
(cum anim. 450.)
P. T. D. Tomashizh Steph., Expositus.

Lokaviz, Capell. S. Laurentii subjecta Par. S. Crucis.
(cum anim. 830.)
P. T. D. Sleiko Antonius, Capellanus.
. . . Lokar Josephus, Sacerd. pens.

Ottelza, Capell. localis Ss. Angelorum Custodum.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 956.)
P. T. D. Vidrich Josephus, Capell. localis.

Haidovium (Haidenschaft) S. Joan. Bapt. Cap. localis.
(Jur. Patron. Communit. cum anim. 970.)
P. T. D Mervig Michael, Capell. loc.

Conventus Capucinor. ad fan. S. Crucis.
R. P. Ratzky Friedericus, Superior,
. . Kraschoviz Alphousus Maria, Magister Novitiorum et Vicarius.
(cum 2 Clericis Novitiis, et 3 Laicis profess.)

Summa anim. Decanat. Zhernizæ 11939.

VIII. Decanatus Commeni.

Commenum, Parochia decanalis S. Georgii M.
(Jur. Patron. Cæs. cum anim. 2858.)
P. T. D. Kotzmann Andreas, Paroch. Decan. Inspect. Schol. distr. et Consil. Consist. ad honor.
. . . Malizh Antonius, Coop.
. . . Schutz Joannes Coop.

Ad S. Danielis Capell. subjecta Par. Commeni.
(cum anim. 1206.)
P. T. D. Trost Jacobus, Capell.
. . . Cenzig Michael, Subsidiarius, et Ludimagister.
. . . Lissiak Franciscus, Sacerd. pens.

Gabravizza, Capell. S. Petri Ap. depend. a Par. Com.
(cum anim. 492.)
P. T. D. Wonzhina Paulus Capell.

Pliskavizza, Capell. S. Thomæ Ap. depend. a Par. Com.
(cum anim. 700.)
P. T. D. Corsig Michael, Capell. et Ludimagister.

Veliki-Dol, Capell. S. Jacobi Ap. depend. a Par. Com.
(cum anim. 547.)
P. T. D. Pachor Josephus, Capell.

Gorianska, Capell. S. Andreæ Ap. depend. a Par. Com.
cum anim. 976.)
P. T. D. Sgombizh Petrus, Capell.

Zängerle Aloys. Hung. e Flumine	19 Jun. 812	10 Sept. 835	5
Zängerle Franc. Hung. e Flumine	28 Nov. 820	10 Dec. 843	18
Zarli Valent. Il. Gor. e Tulmino	30 Jan. 809	21 Sept. 834	8
Zerniz Math. Il. Gor. e fan. S. Petr.	25 Jan. 803	20 Sept. 829	17
Zhermiel Jos. Il. Gor. e Gojazha	27 Feb. 808	21 Sept. 836	7
Zheru Joan. Il. Gor. e Mont. S. Viti	28 Dec. 809	21 Sept. 835	11
Zhesnik Marc. Il. Carn. e Sanabor	2 Apr. 787	3 Nov. 816	8
Ziz Nicolaus Il. Istr. e Veglia	13 Sept. 792	5 Aug. 819	18
Zoratti Franc. Il e Goritia	2 Feb. 825	23 Sept. 848	5 8
Zorn Joseph. Il. Gor. e Prebacina	16 Oct. 816	24 Sept. 842	20
Zorzini Jos. Il. Gor. e Romans	21 Apr. 794	14 Mar. 819	26
Zuanelli Vitus Il. Istr. e Grisignana	4 Mar. 797	22 Sept. 8[illegible]2	5
Zuttioni Sebast. Il. Gor. e Medea	30 Jul. 814	22 Sept. 837	22

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Ajello	1445.	23
Altura	(*a*)	24
Ampletium	(*b*)	13
Andreæ (S.)	1663. (*c*)	6
Aquileja	1031.	24
Auza	1562.	10
Bainshiza.	1771.	10
Barbana	585.	26
Batta	1616.	8
Battulia	1762.	14
Beliano	1836.	19
Belvedere	1758.	25
Bergona	1784.	14
Biglia	1763.	9
Bigliana	1480. (*d*)	21
Boreana	1785.	14
Borgnano	1766.	22
Brazzano	1500.	22
Brestovizza	1750.	17
Bruma	1766.	19
Bukava	1842. (*e*)	12
Campolongo	1651	24

a) Recent. erect. quin annus determ.

b) Antiquissimæ erectionis; nam Bulla Pp. Celestini III. die 24. Novembris 1192 desuper data et in Archivio Capitulari Civitatis-Austriæ (Cividale) asservata, existentiam hujus Parochiæ et adnexarum Cappellaniarum præmittit.

c) Ab immemorabili extitit Sacellum S. Andreæ dicatum, quod vero deinceps in templum reædificatum fuit, sicut ex inscriptione cronographica evincitur.

d) Jam qua diu exist. docum. confirmant.

e) Ad parochiam elevata.

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Canalis	1582.	9
Cantiani (S.)	1578.	18
Caporettum	1782.	13
Capriva	1592.	23
Castagnavizza	1725.	17
Cavenzano	1771.	24
Cerou	*(a)*	21
Cervignano	1598.	25
Chiapovanum	1550.	8
Chiopris.	1300.	22
Circhina	1660. *(b)*	12
Commenum	1776.	15
Cormontium	450.	22
Corona	1642.	22
Cosana	*(c)*	21
Cosbana	1789.	21
Crauglio	1470.	24
Creda	1810.	13
Crucis (S.)	1785.	14
Crucis (S.) Conv.	1640.	15
Danielis (S.)	1631. *(d)*	15
Deskla	1757.	9
Doberdob	1764.	17
Dornberg	1630.	16
Dreschenza	1747.	11
Duinum	1188.	16
Farra	1600.	19
Flumicellum	1346.	24
Fleana	*(e)*	21

a) Erectionis epocha e certis document. erui non potest.
b) Ætas e libris Baptizator. indicata.
c) Instrum. erect. non extat.
d) Ætas e libris Baptizator. indicata.
e) Certis e documentis non eruit.

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Floriani (S.)	1694.	20
Folianum	1711.	18
Fratta	1785.	20
Gabravizza	1811.	15
Gabria ad S. Dan . .	(a)	16
Gabria Mossæ , . -	(b)	17
Gargarum	1754.	8
Gorenjepolje . . .	1757.	10
Gorianska	1757.	15
Gradina	(c)	21
Gradisca	1342.	19
Gradiscutta . , . .	1755.	9
Grado	1334.	25
Grahova	1772.	12
Haidovium	1832.	15
Hilarii (S.) Gorit . . .	1400.	5
Jdria di Bazha . . .	1786.	11
Jdria Canalis . . .	1757.	10
Jgnatii. (S.) Gorit . . .	1785.	6
Jagershe	1797.	13
Joanniz	1570.	23
Kau	1726.	10
Kamnje	(d)	14
Kobilja-Glava . . .	1790.	16
Laurentii (S.) ad Moss . .	1671.	20

a) Existentia ab immemorabili sine documentis asseritur.
b) Antiquitas erec. certis e document. non eruitur.
c) Item.
d) Annus erect. vetustæ e document. non prostat.

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Laurentii (S.) Neb. . .	1796.	21
Leupa	1846.	10
Libuschina	1747.	11
Lippa	(a)	16
Loch	1797.	13
Lokoviz	(b)	15
Lokaviz . . .	1800.	10
Lom	1756.	10
Lonch	1770.	13
Loqua	1787.	8
Luciæ (S.)	1584.	11
Lucinicum . . .	1419.	20
Luico	1781.	14
Mereano	1626.	23
Martini (S.) in coll. . .	1784.	21
Martini (S.) Mossae . .	1789.	17
Mauchigna	1768.	17
Mauricena Ins. . . .	(c)	19
Mauri (S.)	1754.	8
Medana	(d)	21
Medea.	1660.	22
Merna	1552.	9
Mernico	1822.	22
Mons Sanct. . . .	1540.	8
Mons S. Viti . . .	(e)	11
Montisfalconum . . .	1560.	18
Morarum	1664.	23

a) Est novæ erectionis.
b) Vetustæ erect. quin instrum. producatur.
c) Curatia vet. ignotæ epoch. erection.
d) Aliquando ecclesia parochialis, quæ inde ab anno 1527. Biglianam translata fuit.
e) Parochia antiquiss sed document. erect. desunt. Bulla Pp. Celestini III. die 24. Novembris 1192 desuper data, et in Archivio Capitulari Civitatis-Austriæ (Cividale) asservata, existentiam hujus Parochiæ et adnexarum Cappellaniarum præmittit.

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Mossa	1550.	21
Musculum	1799.	25
Nabreshina	1810.	17
Nogaredo	1760.	23
Novake.	1762.	12
Obloka	1806.	12
Oppachiassella . . .	1643.	17
Orchik	1774.	12
Ottalesch	1704.	12
Ottelza	(*a*)	15
Paniqua	1772.	11
Pekina	1789.	11
Pelagii (S.) . . .	1629.	17
Perteole	1342.	24
Petri (S.) pr. Gor. . .	1425.	8
Petri (S.) ad Sont. . .	1490.	18
Peuma	1756.	8
Pieris	1836.	18
Plazzutta	1785. (*b*)	7
Pliskaviza	1702.	15
Podberba	1739. (*c*)	12
Podgora	1768.	20
Podmeuz	(*d*)	12
Praticellum	1784.	25
Prebacina (Prevazhina) .	1450.	9
Quisca (Kumsko) . .	1772.	20
Ranzianum	1475.	9
Rauna	1786.	13

a) Annus erect. e docum. non constat.
b) Anno 1847 ad parochiam elevata.
c) Anno 1848 ad parochiam erecta.
d) Documenta erect. incendio absumta fuere.

Nomen Station. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Raunizza	1756.	8
Reifenberg	(*a*)	16
Rochi (S.)	(*b*)	7
Romansium	. 1482.	19
Ronchæ	1579.	18
Ronzina	1763.	10
Rozha	1787.	11
Ruda	1772.	25
Ruthæ theut	(*c*)	12
Ruttarsium	1700.	22
Saciletto	(*d*)	24
Sagradum	1787.	19
Salcanum	1225. (*e*)	7
Samaria	1634.	16
Sarsina sive Sapotok . .	1769.	10
Savogna (Savoduja) . .	1756.	9
Schönpas (S. Passus) . .	1400.	14
Scodovacca	1572.	25
Sdraussina	1839.	19
Sedula	1785.	14
Serpenizza	1755.	13
Sgonik	1618. (*f*)	17
Shabla	1813.	14
Schebrellia	1755.	13
Skerbina	1786.	16
Sozha	1788.	13
Stershiszhe	1772.	12
Stiak	1550.	16
Strassoldum . . .	1760.	24

a) Documenta erec. non prostant.
b) Veteris erection. quin de anno constet.
c) Annus erect. e documentis non eruitur.
d) Jam qua diu existens e Chronica Gorit. patulum est.
e) Documenta 10 Ang. 1800 incendio absumta fuere.
f) In Vicar. prepet. 1838 erect.

Nomen Statio. Curat.	Annus Erect.	Pagina
Tapoleanum	1570.	20
Temnizza	1747.	17
Ternova Amplet . . .	1750.	12
Ternova Schönp . . .	1703.	14
Terzo	1788.	25
Tribussa inf. . . .	1785.	11
Tribussa sup. . . .	1754.	8
Tulminum	1780.	10
Turiacum	1683.	18
Vedrignano	(*a*)	21
Veliki-dol	1758.	15
Versa	1570.	20
Vertoiba	1832.	7
Villa-Vicentina . . .	1600.	25
Vilesse	1184. (*b*)	20
Vipulzano	1807.	21
Viscum	1570.	23
Viscone	(*c*)	22
Viti (S.) Foroj . . .	1500.	23
Vogarska	1493.	9
Voischizza	1757.	16
Volzana	(*d*).	11
Zherniza	1563.	14
Zhes-Sozha	1770.	13

a) Documentum erectionis non existit.

b) Anno 1846 ad Parochiam evehebatur.

c) Istrument. primæ erect. nullum adest; an. 1842 ad Expposituram denuo erecta.

d) Documenta, e quibus ætas erectionis comprobaretur, incendio perierunt. Bulla vero Pp. Celestini III. die 24. Novembris 1192 desuper data, et in Archivio Capitulari Civitatis-Austriæ (Cividale) asservata, existentiam hujus parochiæ et adnexarum Cappellaniarum præmittit.

STATUS PERSONALIS

ET LOCALIS

ARCHI-DIOECESEOS

GORITIENSIS

EXEUNTE MENSE NOVEMBRI 1849

APPENDIX

AD DIRECTORIUM LITURGICUM



GORITIÆ

TYPIS SEITZ

SERIES
ANTISTITUM AQUILEJENSIUM
ET GORITIENTIUM
CUM NOTIS

SERIES
Antistitum Aquilejensium
*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

N.	Ab anno	Ad annum	1. Episcopi.
1	63*	. . .	S. Hermagoras, Germanus
2	. . .	90*	S. Hilarius seu Helarus, Aquilejensis
3	. . .	. . .	Chrysogonus I. Græcus
4	. . .	. . .	Chrisogonus II. Græcus
5	. . .	. . .	Agapitus
6	314	. . .	Theodorus
7	. . .	. . .	Benedictus
8	347	. . .	Fortunatianus, Afer
			2. Archiepiscopi.
9	369*	389*	S. Valerianus, Gallus
10	389*	407*	S. Chromatius, Aquilejensis
11	407*	. . .	Augustinus, Beneventanus
12	434*	. . .	Adelphus seu Delfinus, Altinas
13	. . .	. . .	Maximus
14	444	447*	Januarius, e Pola in Istria
15	451	454	Secundus, Salicus
16	454*	. . .	S. Nicetas, Græcus
17	485*	. . .	Marcellianus, Græcus
18	500*	515*	Marcellinus, Romanus
19	521*	. . .	Stephanus, Mediolanensis
20	529	. . .	Mecedonius

N.	Ab anno	Ad annum	3. Patriarchae SCHISMATICI	ORTODOXI
21	557	569	Paulinus I. seu Paulus Roman.	. . . .
22	569	571	Probinus, Beneventatus	. . . .
23	571	586	Elias, Græcus	. . . .
24	586	607	Severus, Ravennas	. . . .
			AQUILEJÆ	IN ISULA GRADO
25	607	. . .	Joannes I. Aquilejensis	Candidianus Ariminensis
26	. . .	. . .	Marcianus, Piranensis	612 Epiphanius e Castro Umago in Istria.
27	628	. . .	Fortunatus	613 Ciprianus Polan.
28	. . .	. . .	Felix	628 Primog. Aretinus
29	. . .	. . .	Joannes II.	648 Maximus, Dalm.
30	. . .	. . .	Joannes III.	668 Stephanus, Parentinus.
				673 Agatho, Justinopolitanus.
				685. Christophorus, Polanus.

ORTODOXI, SCHIMS. SUBLATO, AQUILEJÆ.

31	698	711	Petrus I. Polanus
32	711	717	Serenus
33	717*	737*	Calistus
34	762*	776	Sigvaldus, Forojuliensis
35	776	802	S. Paulinus II. Forojuliensis
36	. . .	811*	Ursus I. qui ed Urbanus
37	811*	. . .	Maxentius
38	. . .	847*	Andreas, Forojuliensis
39	847*	850*	Venantius, Italus
40	850*	871*	Teutimarus, Germanus
41	871*	874*	Lupo seu Lupus I.
42	875*	901*	Valpertus
43	901*	. . .	Fridericus I.
44	928	. . .	Leo, Forojuliensis
45	931	. . .	Ursus II.
46	. . .	. . .	Lupo seu Lupus II.
47	. . .	. . .	Hengelfredus, Germanus
48	963	. . .	Rodoaldus, Germanus
49	984	. . .	Joannes IV. Ravennas
50	1021*	1042	Popo vel Volffgangus, Germanus

N.	Ab anno	Ad annum	
51	1042	1049	Eberardus, Germanus
52	1049	. . .	Goteboldus, Germanus
53	. . .	1068	Ravengerus seu Ravenger, Germanus
54	1068	1077	Sigeardus e Comitbus de Pleien, Germanus
55	1077	1084	Henricus, Germanus
56	1084	1085	Fridericus II. Slavus
57	1085	1122*	Uldaricus I. e Ducibus Carintiæ qui et Volricus, Voldaricus et Vorlicus
58	1122	1128	Gerardus, Forojuliensis
59	1132	1161	Peregrinus I. e Ducibus Carintiæ
60	1161	1182	Uldaricus II. e Comitibus de Treven.
61	1182	1195	Gotefredus
62	1195	1204	Peregrinus II.
63	1204	1218	Volcherus de Leubrechtskirchen, Germanus
64	1218	1251	Bertoldus ab Andechs
65	1251	1269	Gregorius de Montelongo, Campanus
	1269	1273	„ „ Sedes vacabat
66	1273	1299	Raimundus Turrianus, Mediolanensis
67	1299	1301	Petrus II. Gera, Ferentinas
68	1302	1315	Ottobonus de Razzis, Placentinus
69	1316	1318	Gastonus Turrianus, Mediolanensis
70	1319	1332	Paganus Turrianus, Mediolanensis
	1332	1334	„ „ Sedes vacabat
71	1334	1350	B. Bertrandus e Comitibus Scti Genesii Gallus
72	1350	1358	Nicolaus, Joannis Regis Boemiæ filius
73	1358	1365	Ludovicus Turrianus
74	1365	1381	Marquardus de Randeck, Augustanus
75	1381	1387	Philippus de Alenconio, Gallus
76	1387	1394	Joannes V. e Marchionibus Moraviæ
77	1395	1402	Antonius I. Cajetanus, Romanus
78	1402	1408	Antonius II. de Portogruaro – Antonius III. da Ponte, Venetus
79	1408	1435	Ludovicus II. Teckius, Hungarus
	1435	1439	„ „ Sedes vacabat
80	1439	1465	Ludovicus III. Scarampus Mediorota, Patavinus 1439. – Alexander, e ducibus Massoviæ, Polonus
	1465	1471	„ „ Sedes vacabat

N.	Ab anno	Ad annum	
81	1471*	1491	Marcus I. Card. Barbus, Venetus
82	1491	1493	Hermolaus I. Barbarus, Venetus
83	1493	1497	Nicolaus II. Donatus Venetus
84	1498	1517	Dominicus Card. Grimanus, Venetus
85	1517	1546	Marinus Card. Grimanus, Venetus
86	1546	1592	Joannes VI. Grimanus, Venetus
87	1592	1616	Franciscus Barbarus, Venetus
88	1616	1622	Hermolaus II. Barbarus, Venetus
89	1622	1628	Antonius IV. Grimanus, Venetus
90	1628	1629	Augustinus II. Gradonicus, Venetus
91	1629	1656	Marcus II. Gradonicus, Venetus
92	1656	1657	Hieronymus Gradonicus, Venetus
93	1657	1699	Joannes VII. Card. Delfinus, Venetus
94	1699	1734	Dionysius Delfinus, Venetus
95	1737	1751	Daniel Card. Delfinus, Venetus.

SERIES

ANTISTITUM GORITIENSIUM.

I. Archiepiscopi. S. I. Principes.

1	1752	1774	Carolus Michael e Comit. ab Attems Gorit. (1
2	1774	1784	Rudolphus Joseph. e Comit. ab Edling, Gorit.

II. Episcopi goritienses seu gradiscani.

3	1788	1816	Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styr.
4	1819	1830	Josephus Waland, Carniolus

III. Archiepiscopi, Metropolitae regni illyrici.

	1830	1834	Josephus Walland, idem qui supra
5	1835		Franciscus Xaverius Luschin, Imp. Austr. Princeps, Carinthus.

ADNOTATIO

(1) *Ex jam in hisce notis superioribus annis citata Provinciali et Archi-Dioecesana Synodo a Proto-Archiepiscopo nostro Carolo Michaeli e Comitibus ab Attems anno 1768 Goritiæ celebrata, ad Cleri populique instructionem, sequentia ponimus.*

CONSTITUTIO XI.

De Sacramento Confirmationis.

Ingressi per sacrum Regenerationis lavacrum Ecclesiam **Dei** et sacramento Baptismatis renati ad vitam, per sacramentum Confirmationis roboramur (1) ad pugnam: quoniam non est Nobis Colluctatio adversus Carnem, et sanguinem, sed adversus Principes, et Potestates, adversus Mundi Rectores tenebrarum harum. Hujus igitur sacramenti præsidio tanquam spirituali armaturu **Dei** per signum Crucis, et Chrismatis unctionem munimur, ut possimus resistere in die malo, et hoc, velut scuto fidei, omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Sacramenti hujus institutionem, naturam, vim, Dignitatem, et effectus, Parochi, aliique Animarum Rectores, tum alias sœpe, tum præcipue sub id tempus, quo a Nobis ministrabitur, explicabunt, docebuntque. Fideles, et si id quidem ad salutem absolute necessarium non sit, negligendum tamen non esse, sed summa cum pietate, et Religione, cum occasio datur, suscipiendum; ne ipsorum culpa, maximoque malo eveniat, ut frustra in eos Divinum hoc Beneficium, in quo maximum fidei Nostræ præsidium salvatoris Benignitas constituit, collatum esse videatur.

Ubi primum igitur Parochi litteras circulares a Curia Nostra receperint de sacramento Confirmationis in ipsorum Parochiis ministrando, diem in illis præfixum populo annunciabunt, cumque in iis, quæ ad hujus sacramenti susceptionem pertinent informabunt, ne quis sit, qui aut illud suscipere negligat, aut indigne suscipiat, aut iterum suscipere præsumat.

---

(1) *Ephes.* 6. *cap.* 12.

Adulti, et doli capaces, ne septiformi spiritus **Dei** gratiæ, quæ per hoc sacramentum confertur, obicem ponant, conscientiam prius sacramentali Confessione expient, et se per frequentes Virtutum maxime Theologicarum actus ad hoc sacramentum digne, ac fructuose suscipiendum disponant. Quoad ætatem Chrismate ungendorum, ex regula licet ordinaria, hoc sacramentum pueris conferendum sit post septennium, in aliquo tamen extraordinario cassu, justa urgente causa non vetatur, quin possit etiam ante eam ætatem ministrari. Justam autem (1) causam adesse Volumus, si instet periculum mortis, si difficilior ad Confirmandos Antistitum in posterum sit futurus accessus; ideoque infantes Residentiæ Nostræ Viciniores ante septennium ad Confirmationem non admittemus. Cæteros vero ob locorum distantiam tempore Visitationis Nostræ, etiamsi juniores sint, confirmabimus.

Circa Patrinos idem servari mandamus quod superiori Constitutione de Baptismo tractantes decrevimus, advertentes, quod unicus tantum assistere debeat confirmando Patrinus: Mas Maribus, Fœmina Fœminis, modo pro priori et ille confirmatus sit, alias ab hoc munere curent Parochi, ut desistat; (2) atque, ut honestius, et devotius tanti Sacramenti collatio fiat, per suos Cooperatores Mares a Fœminis in duplici linea separari præcipiant, mandantes Patrinis, ut manum suam dexteram humero Chrismandi dextero imponant.

Ita facto tum Confirmandorum, tum Patrinorum delectu, et devota animi præparatione, quantum ætatis ratio admittit, Patrino suo stipati, cum linea fascia ad contegendam frontem sacro Chrismate delibutam instructi, ad Ecclesiam se conferant, in eaque Religiosa corporis compositione, animique modestia sine garritu, clamore, aut risu versentur, tum suscepto Confirmationis sacramento ante Vestibulum Ecclesiæ, vel in Domo Parochiali se sistant, et frontem, quæ sacro Chrismate inuncta est, sacerdotum ministerio ablui sinant. Denique accepta Antistitis Benedictione Confirmati, vel ipsorum loco Patrini unum Pater, et Ave, ac Credo ad lucrandas Indulgentias persolvant, inque Domos suas in pace repetant.

Peracta Confirmatione Parochi confirmatorum nomina vel libro singulariter ad id præparato, vel libro Baptizatorum,

(1) *Bened. XIII. in synod Diocc. lib* 7. *cap.* 10.
(2) *S. Carol. Bor. romac: in suo Conc. Mediol.* § 13 *et* 16.

ut supra, post notam baptismi intra octiduum inserant hoc modo: Petrus Filius legitimus Antonii, et Catharinæ Kerson de Cosbana confirmatus fuit die 17 Oct. 1768 assistente Patrino Jacuptschitcht, Confirmante Celsissimo, ac Rmo. Dno. Carolo Michaele e Comitibus ab Attembs Antistite Nostro in Ecclesia Parochiali St. Adalberti de Cormons. Alienos autem Parochianos ad suos respective Parochos mittant, ut confirmati intra Octiduum apud Proprium Parochum sese inscribendos sistant, vel a Parentibus prolium confirmatorum nomina libro inserendo denuncientur.

CONSTITUTIO XII.

De Augustissimo Eucharistiae Sacramento.

Dominus Noster **Jesus** Christus, quando Pascha cum discipulis celebrato transiturus erat de hoc Mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui secum erant in Mundo, in finem dilexit eos, et Divinæ, quam in sua Passione monstravit, Charitatis pignus Nobis memoriale æternum reliquit, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum instituendo. Hic est panis, qui de Cœlo descendit, quem dedit Nobis Dnus ad vescendum, ut in fortitudine cibi illius ambulemus usque ad Montem **Dei** et habeamus non modo perpetuae, qua Christus dilexit Vos, Charitatis monumentum, verum etiam mutuæ, qua Nos invicem diligamus, exemplum.

Hujus ergo tam admirabilis, tamque salutaris Sacramenti, in quo panis suavissimi de Cœlo præstiti dulcedo in suo fonte gustatur, dignitas, atque excellentia, ut arctius cordibus fidelium impressa inhæreat, illudque sumentes uberrimos inde Divinæ gratiæ fructus percipient, illa omnia a Pastoribus diligentissime exponenda erunt, quæ ejus Majestatem magis illustrare, quæque ad ejus Cultum et Venerationem quovis modo pertinere videntur.

In eo præcipuum esse decet Parochorum zelum et indefessam diligentiam, ut populus Christianus ad dignam, et frequentem hujus sacramenti Communionem animatur. Revocando sunt Christi fidelibus in memoriam crebris Pastorum sermonibus aurea illa nascentis Ecclesiæ tempora, (1) in qui-

(1) *Act.* 2. *cap.* 42.

bus, ut sacer textus eloquitur, credentes erant perseverantes in communicatione fractionis panis, optandumque, ut fervor iste secundum laudabilissimum Sanctorum **Dei** hominum exemplum sacrosanti Concilii Tridentini pio desiderio comprobatum in Ecclesia Dei perseveret, et sanctissimum hoc sacramentum, quoties Divina Mysteria in Ecclesiis peraguntur, ab adstantibus non spiritualiter tantum, verum etiam sacramentaliter frequentetur. Verum, quia hæc Virtus paucorum est, et refrigescente multorum Charitate in Mundano pulvere etiam pia solent corda sordescere, ut sacratissimi hujus sacramenti, vel dignitatem non penetrent, vel suavitatem non sentiant; eo saltem provida Parochorum cura, et incessabili solicitudine excitandæ sunt mentes fidelium, ut non solum in Paschate, dum silicet sancta Mater Ecclesia praecipit, sed in solemnioribus etiam festis, Nativitatis D. N. J. Christi, SS. Nominis **Jesu**, in Penthecoste, in festis B. M. V. aliisque majoribus, iis præcipue, quibus indulgentias plenarias ex Apostolica benignitate lucrari possunt, sanctissimum Eucharestiæ sacramentum devotissime sumant.

Clericis vero omnibus in nostra Provincia existentibus præcipimus, ut si prima tonsura, vel quatuor minoribus Ordinibus initiati sint, singulis mensibus ad minimum semel; subdiaconi, et Diaconi singulis Dominicis, Festisque diebus, et Sacerdotes ad celebrandum non adstricti in Cœna Domini, seu feria quinta majoris Hebdomadæ ad sacram Communionem publice, et populo spectante accedant.

Quoniam vero sanctissimum Eucharestiæ sacramentum ipsum sanctitatis Auctorem, et fontem vere, realiter, ac substantialiter praesentem in se continet, nulla gravior alicujus sceleris animadversio a **Deo** metuenda est, qua si res omnis sanctitatis plena neque sancte neque religiose a fidelibus tractetur. Ideo Parochi frequentior illa Apostoli verba usurpantes: (1) probet autem se ipsum homo et sic de pane illo edat subjectos sibi populos diligenter doceant, qua ratione ipsos, viva in Christum fide, munda per pœnitentiam conscientia elevata piis devotionis effectibus in **Deum** mente, decente, et ad Christianam modestiam composito corporis habitu ad tanti Mysterii participationem accedere oporteat. Viri sine armis, fœminæ sine fuco, pompa, aut Vestium vanitate decenter tectæ,

(1) 1. *Cor* 11. *cap.* 22.

depositis, quos alicubi pro more Patriæ gestant, pileis a media nocte præcedente jejuni ad Mensam Eucharisticam accedant, sumtoque sanctissimo sacramento, unum saltem horæ quadrantem agendis **Deo** gratiis, et menti cœlestibus ex Divini hospitis præsentia deliciis pascendæ impendant.

(1) Cum autem saluberrimo salvatoris Nostri monito sanctum canibus dandum, et Margarithæ ante Porcos mitendæ non sint, idcirco Parochi, tamquam fideles Mysteriorum Dei dispensatores, quos indignos noverint, videlicet: publice excomunicatos, concubinarios publicos, meretrices, maleficos, blasphemos, publicos usurarios, hæreticos, in fide suspectos, in fovendis otiis pertinaces, criminosos a sacra Communione, repellant, nisi Vitam, et mores re ipsa mutaverint, et scandalum proximo datum repararint.

Tempus Communionis paschalis Nos juxta Constitutionem Eugenii IV. fide dignam per Provinciam Nostram a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive definimus; si vero diocesium respectivarum Parochiæ cujusquam amplitudo longius tempus reqireret, illud amplius extendi posse non reluctamus.

Parochi præceptum Eclesiæ de ea ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, postquam ad annos discretionis pervenerint, sub gravibus censuris, et pœnis per sacros Canones in non Communicantes constitutis summenda, præcedente Dominica singulis annis lingua Vernacula Parochianis suis ex Cathedra promulgabunt, eosque ad implendum hoc Ecclesiæ præceptum, et præmittendam sacræ Communioni Confessionem sacramentalem hortabuntur. (2) monentes præcepto annuæ Communionis non satisfieri per sacrilegam Domini manducationem.

Ipsi vero Parochi per se oviculas suas Cœlesti hoc pabulo reficient, nisi ob frequentem multitudinem necesse sit, alium sacerdotem adhiberi. Communionem, quoad ejus fieri potest, in sua quisque Ecclesia Parochiali summat. Si quis a Parochia propria tempore Paschali abfuit, intra octo dies post reditum communicare debet, vel authenticum testimonium peractæ (3) alibi communionis Parocho suo sub pœnis contra non communicantes sancitis, exhibere tenetur.

---

(1) *Math.* 7. *cap.* 6.
(2) *Innocen. XI. in propos. Damna. N.* 55.
(3) *Bened. XIII. Just.* 45. §. 15.

Hoc porro de Communione Paschali Ecclesiæ præceptum, ut ab omnibus Christi fidelibus conservetur, nec cuiquam libera detur ejus prævaricandi, vel negligendi occasio, Parochi sub initium Quadragesimæ Parochianorum suorum domos perlustrantes, notato tum Patrum et Matrum familias, tum aliarum omnium Personarum nomine, cognomine, loco originis, ætate, statum Animarum singulis annis conscribant, eisque, dum sacram Communionem tempore Paschali sumpserint, schedulam impressam, seu testimonium peractæ communionis Paschalis exhibeant, vel exhiberi curent, quæ, si cuiquam non communicanti a quopiam ausu temerario exhibita fuerit, is peccati gravis noxam se noverit incursurum.

Peracto communionis Paschalis tempore, Parochi singulas domos obeundo schedulas hujusmodi ab unoquoque singillatim requirent, et si quem huic praecepto Ecclesiae defuisse cognoverint, eum sæpius privatim tum etiam publice, suppresso tamen nomine, ejus Nomen ad Nos, vel ad respectivas suffraganeorum Nostrorum curias, vel ad officia delegata deferat, et si in tali casu impœnitens perseveraverit, vivus ab ingressu Ecclesiae arceri, et mortuus Ecclesiastica sepultura privari promerebitur.

In informanda, et ad dignam, ac devotam hujus Sacramenti perceptionem aptanda juventute Parochi diligentem operam impendant; pueros, puellasque a Dominica prima Quadragesimae, usque ad Dominicam Palmarum diebus etiam ferialibus in fidei rudimentis, iis praecipue quae ad dignam hujus Sacramenti perceptionem pertinent, solerter instituant, modum recte confitendi et pie comunicandi tradant, eosque ad Virtutum Theologicarum, et sincerae contritionis actus, repetito soepius examine, assuefaciant, non in Ecclesia tantum Parochiali, sed per singulos Parochiae pagos, et vicos in locis magis distantibus, et dissitis vel per se, vel per Cooperatores suos catechizando.

Quos idoneos repererint, die aliquo festo, vel ob frequentiorem concursum etiam feriali ab adultis separatos ad Sacramentum poenitentiae, et sacram Communionem admittant; ea vero peracta, persolutaque gratiarum actione, brevi sermone ad pietatis, et innocentiae studium admonitos, in pace abire sinant.

Prius autem advertant Parochi, quoad Eucharistiam ministrandam, non eandem a Benedicto XIV. summo Pontifice

(1) desiderari aetatem in pueris infirmis, et in articulo mortis constitutis, quam in iis, qui recto valent. In morituris judicio Parochorum permittimus, quatenus facto diligenti examine investigent; cum tanta poleant perspicacia, ut Christum sub speciebus Sacramentalibus credant, et adorent. Et haec cognitio sufficit, ut eos sacro Viatico reficiant. Recte valentes econtra majori judicii firmitate potiri debent, ut debita Religione, et reverentia ad sacrosanctum accedant Sacramentum; haec autem firmitas plerumque inter decimum, et decimum quartum aetatis annum solet advenire, et tunc Parochis liberam damus facultatem, pueros ad Communionem admittendi, si eos in praedicta aetate consideratis considerandis aptos, dignos et maturos invenient.

Cum vero hoc sacratissimum Sacramentum in hac Vita peregrinantibus non modo cibus, verum etiam ex eadem migraturis et longum aeternitatis iter ingressuris Viaticum sit, seu tutissimum adversus periculosas nequissimi hostis insidias praesidium, ideo Parochi summo studio in eam curam incumbent, ne quis suorum Parochianorum sine hoc salutari Viatico ex hac Vita decedat. Quoties ad infirmos vocati, aut etiam non vocati accesserint: (quod Christianae Charitatis officium eis nedum commendamus verum etiam pro muneris sui ratione alioquin debitum injungimus:) eos suavibus verbis, et paterne solantes hortentur, et efficaciter moneant, ut momentum illud a quo pendet aeternitas, serio considerantes peccata sua tempestive confiteantur, et sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum integris adhuc sensibus ac serena Mente devotissimi recipiant, nec vana prorogandae vitae spe illecti seipsos decipiant, molientes fraudes adversus animam suam, ne si id facere nollint cum possint, ingravescente morbi vi, sensibus, et mentis praesentia destituti amittant posse, cum velint.

Si quis aegrotus periculose decumbens sumpto semel Viatico, durante per plures dies infirmitate, hoc sacramento saepius pro sua devotione et salutis adjumento refici ferventer cupiat, nolumus, eum suae devotionis fructu, ex digna hujus sacramenti perceptione proveniente, frustrari. Sacerdotem repentina aegritudine correptum, licet eadem die Missam celebraverit, et Laicum tametsi eadem sacram Communionem pro sua devotione sumbserit, integrum erit Parocho, sive illum

(1) *In Synod. Dioces. cap.* 12. §. 3.

denuo communicet eadem die, sive abstineat; (1) nec eum ad alterum adigimus. Dum sacratissimum Eucharistiae Sacramentum ad aegrotos defferendum est, dato ad id campanae signo Parochiani frequentes compareant, illudque pie, ac Religiose alterna conprecantium devotione, ad aedes infirmi comittando, dignam Eucharistico Numini reverentiam exibeant; quod ut alacrius faciant, Indulgentias a summis Pontificibus concessas iis, qui sanctissimum Sacramentum ad infirmos comittantur, Parochi soepius ex cathedra promulgent. In Civitatibus et opidis ex Ecclesia ad aedes infirmi pulchro comitantium ordine sanctissimum hoc Sacramentum in ciborio, non in capsula reconditum deferratur, et facta infirmi provisione, eodem ordine ad Ecclesiam referatur. Si ad remotiores Parochiae partes defferendum sit, data in ipso egressu ex Civitate, Opido, vel pago comitantibus Benedictione, ad locum, in quo aeger decumbit defferatur, et illius loci homines a Parocho admoneantur, ut sanctissimo Sacramento obviam prodeuntes, illud ad aedes infirmi quam devotissime comittentur. Non possumus hoc loco non maxime depraedicare laudabilissimum, et Eucharistici Numinis convenientissimum morem, quem in pluribus Nostrae Archidioecesis partibus cum maxima spiritus exultatione perspeximus, et probavimus, ut neque pii et Christo devotissimi homines, cum sanctissimum Sacramentum ad aegrotos defertur illo non modo ad infirmi domum cum magna animi pietate, et Religione comittentur, verum etiam accensis facibus viis a nivibus, et luto purgatis, dispositisque per fenestras luminaribus publico illud Latriae honore prosequantur.

Hunc morem ad augendam hujus Augustissimi Sacramenti venerationem, et cultum non solum conservari, verum etiam per universam Provinciam Nostram induci vehementer optamus, ut proinde Parochi, quotiescunque de hoc Sacramento sive pro concione, sive in Cathehaesi disserendum erit, Parochianos suos hortentur, quatenus mente recolentes altissimam Christi dignationem, qua immensam suae Majestatis gloriam ad nostram salutem, et usu in hoc Sacramento inclinavit, salvatori suo sub speciebus Eucharisticis praesenti Divinos non solum interiore mentis affectu, et devotione, set etiam exteriori cultu, et obsequio honores semper, et ubique exhibeant.

---

(1) *Bened. XIV. in Synod. Dioeces. cap.* 11.

Volumus autem, ut ab Animarum Rectoribus hoc Sanctissimum Sacramentum una cum extrema unctione pro quocunque casu ad infirmos defferatur illique pro administratione ejusmodi nihil, etiamsi sponte oblatum acceptent, nisi pro oblato, ad Missam pro infirmo applicandam, quandoque obligarentur.

Tabernaculum, in quo sanctissima Eucharistia conservatur, in Metropolitana Nostra Ecclesia, in Cathedralibus, et collegiatis semper in Ara sit laterali, ad quam commodior populi accessus datur; in Parochialibus vero, et Vicarialibus Ecclesiis super Ara majori collocetur, e marmore, vel ligno eleganter extructum, atque ita in altari firmatum, ut loco dimoveri non possit; sit intrinsecus pano sericeo vestitum, et bene observatum, clavis sit argentea, vel saltem inaurata floco filis sericeis, et aureis distincto ex ea dipendente; in Tabernaculo nihil omnino conservetur praeter Sacramentum Eucharistiae, ostensorium pro SS. Sacramento in processionibus circumferendo, vel publicae fidelium adorationi exponendo, sitque argenteum vitro perlucido, seu Chrystallo a fronte, et a tergo clausum, lunulam habens bene inauratam; praeter pixidem pro Viatico ad infirmos distantiores defferendo, adsit in unaquaque Parochiali, et Vicariali Ecclesia ciborium pro communione populo in Ecclesia, vel infirmis intra Civitatem, opidum, vel pagum ministranda, totum argenteum interius inauratum, operculo pariter argenteo clausum, et eleganti, ac nitido velo coopertum; ad ciborii pedem non alligetur purificatorium pro abstergendis digitis sacerdotis, sed penes Tabernaculum collocetur vasculum cum aqua clausum, operculo, et purificatorio instructum, ut Sacerdos communionem distribuens, digitos aqua abluere, et purificatorio tergere possit.

Particulae aliquae consecretae semper in Ciborio asserventur; in hyeme singulis quatuordecim diebus, in aestate singulis Hebdomadis, antiquis absumptis, renoventur, et tam Ciborium, quam lunula, collectis omnibus studiose fragmentis, vino purificentur, et ablutio a Sacerdote purificante sumatur. Æditius omnibus invigilandum erit, ut pro conficiendis hostiis farinam puram triticeam praeparent, et adhibeant; lampas diu, noctuque ante Venerabile Sacramentum ardeat, oleo non alia pinguedine, pabulum suppeditante; Vasa omnia sacra quae ad Eucharestiam conservandam deserviunt, nitida sint et mundissima, et quovis anno saltem una cum calicibus in Hebdomada sancta diligenti cura mundentur.

In exponendo publicae fidelium Venerationi sacratissimo hoc Sacramento Parochos religiose parcos esse volumus, Etsi enim divinissimo Salvatori. Nostro ibidem praesenti continuus honor, et incessabilis devotio omni tempore sit exhibenda, quia tamen rebus etiam sacratissimis ex frequentiori usu, et quotidiana consuetudine aliquid reverentiae decedere solet, ut debitus semper Sanctissimo Sacramento cultus Latriae defferatur illud nonnisi certis per annum' diebus pubblicae fidelium Adorationi exponi permittimus.

In festo sacrattissimi Corporis Christi, ac per totam sequentem octavam publici exponi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Metropolitana, Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, et Regularium Ecclesiis non solum permittimus sed etiam mandamus. Supplicatio seu processio ea die fieri solita, ut frequentissimo populi concursu, et splendidissimo apparatu a Christi fidelibus devotissime celebretur, Parochorum curae, et zelo commendamus ad excitandam populi devotionem, et frequentiam Dominicis etiam Sanctissimae Trinitatis, et quatuor temporum Venerabile Sacramentum exponi poterit et Parochi indulgentias variis Ponteficibus in eum finem illis diebus concessas suis Parochianis persaepe promulgabunt.

Ultima Anni Die in gratiarum pro beneficiis acceptis actionem, tum triduo Bacaualistico seu Dominica quinquag. et sequentibus duobus diebus Sanctissimum Sacramentum in omnibus Parochialibus Ecclesiis, etiam Ruralibus per horam tam mane, quam a meridie adorationi publicae exponi, et exercitia spiritualia a Parochis populo tradi, in Civitatibus vero et opidis quadraginta horarum preces coram exposito Venerabili Sacramento institui jubemus tum ad populum a peccaminosis abstrahendum, tum ad avertenda divinae iracundiae flagella; illam quoque consuetudinem pro antiquo Ecclesiarum more retineri volumus, ut a festo sacratissimi Corporis Christi usque ad Festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli singulis Dominicis, ac in singulis Parochiis ante Missam Parochialem processio circum Cœmeterium cum sanctissimo Sacramento, et quatuor Evangeliorum decantatione, juxta agenda Diœceseos sanctae Ecclesiae Aquilejensis de anno 1575 a qua Provincia haec Nostra provenisse dignoscitur, pro fructum conservatione instituatur.

Si quae preterea publicae cum SS. Sacramento processiones, sive aliae cum ejusdem expositione solemnitates,

Confraternitatis cujusdam canonice erectae titulo, vel ob aliam causam authoritate publica, legitime alicubi introductae, et usitatae sint, eas nullo modo abrogare intendimus, novas tamen inposterum induci prohibemus, nisi ex causa publica auctoritate ordinaria cognoscenda, et approbanda.

Quotiescumque vero SS. Sacramentum publice expositum fuerit, Altare, et Ecclesia pro majori Sacramenti reverentia, et populi aedificatione decenter ornetur, et cerei saltem duodecim accendantur. Nulla unquam processio cum Venerabili Sacramento nocte ducatur, aut ejus expositio ultra horam post solis occasum protrahatur; ad omnes vero processiones Theophoricas, seu quae cum SS. Sacramento instituuntur, nec non ad illas, quae ex veteri Ecclesiae instituto fiunt, ut in festo S. Marci, et in Feriis Rogationum, omnes sacerdotes et clerici illius Civitatis opidi, aut Viciniae convenire teneantur, si muneri suo hac parte defuerint, Sacerdotes curati ab audiendis confessionibus per Mensem, simplices a celebrando in eadem Ecclesia sacrificio per 14 dies ad arbitrium Parochi arceantur; inferiores vero, Clerici videlicet, ad superioris Ordinis gradum eo anno non ascendant.

Si quandoque ex causa, veluti cum nimbi, procellae, grandines, aut alia calamitas ingruerit, Eucharistia exponenda videbitur, e Tabernaculo ne extrahatur, sed in pixide vellata, seu Ciborio collocetur in aperto ejusdem Tabernaculi ostio a Sacerdote stola, et superpelliceo induto, cum sex saltem cereis luminaribus; ad quam adorandam, et placandam offensi Numinis indignationem frequens semper populus conveniat.

Quod autem olim in Visitatione Nostra praecepimus, id denuo Parochis, aliisque Curatis in memoriam revocamus, ne quacunque exorta tempestate Sanctissimum ex Ecclesia efferre, et Benedictionem adversus eam cum Venerabili Sacramento dare praesumant, pœnam si secus fecerint, suspensionis incursuri. Sub eadem pœna praecipimus, ne in Benedictionibus agrorum et vinearum Augustissimum Eucharistiae Sacramentum per agros, vineas, colles, montes et praerupta defferatur, sed ab una ad aliam Ecclesiam efferri, et circa eamdem circuitum institui permittimus ita tamen, ut Curati populorum Animos disponendo sensim potius, loco talium Processionum superpelliceo, et Stola induti ad benedicendos agros processionaliter, si velint, incedant, et Evangelia in locis statutis decantantes, in ligneis etiam crucibus, ibidem forsan

erectis, quidquam de re Benedicta accludere possint; si tempestas imineat, consueti Ecclesiae exorcismi, precationes et benedictiones adversus eam adhibeantur a Sacerdote, non in Turi Ecclesiae, vel cœmeterio, sed in Ecclesia tantum, vel in Domo canonica pro libitu benedicente.

Postremo, Sacerdotes monitos volumus, ut in administratione SS. Eucharistiae, ejusdemque tractatione talari semper Veste utantur, eamque praeseferant oculorum modestiam, incessus gravitatem ac totius Corporis compositionem, ex qua in adstantes quoque pius devotionis fervor, et maxima rerum Divinarum, ac ss. hujus Sacramenti aestimatio derivetur, ut quod est in praesenti vita Mysterium, fiat omnibus Beatae aeternitatis subsidium.

CONSTITUTIO XIII.

De Sacrosancto Missae Sacrificio.

(1) Hoc est tremendum illud Mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in Altari per Sacerdotes quotidie immolatur; quod Christus semel fecit moriendo, hoc Ecclesia Christi facit semper offerendo, ut Passionis Dominicae perennis apud Nos extaret non solum memoria, sed etiam fructus, et carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una Corporis, et sanguinis Christi impleret oblatio, maneretque verus Sacerdos secundum Ordinem Melchisedech Christus **JESUS**, cujus Sacerdotium esset in aeternum, nullo unquam fine desiturum. Hic est Excellentissimus Latriae cultus, quem in protestationem supremi Divinae Majestatis in Nos Dominii, vitae mortisque Domino pro praeteritis Beneficiis grati pro futuris supplices exhibemus, Sanctum, et Incruentum sacrificium Justis gratia, peccatoribus venia, vivis solatium, Defunctis refrigerium praebens.

Quanta Cordis munditie sacrosanctum Sacrificium celebrandum sit, abunde constat. (2) Vetat enim Tridentinum, ne Sacerdos peccati mortalis reus, quantumvis contritus, nisi prius sacramentali Confessione expiatus, ad celebrandum accedat. (3) Permittit tamen Sacerdotibus celebrationem, prævio tamen actu Contritionis, dummodo gravis necessitas urgeat, nec

---

(1) *Trid. Sess.* 22.
(2) *Trid. Sess.* 13. *cap.* 7. *de Euch.*
(3) *Ibid. Sess.* 3.

sit copia Confessarii; simul vero in eo rerum eventu (1) mandat, ut qui ita celebraverit, quamprimum confiteatur, atque ita explicat præceptum Divinum ab Apostolo traditum: probet autem se ipsum homo. In casu vero urgentis necessitatis non satis est attritio, sed omnino contritio requiritur, et quam sacerdos sine culpa Contritionem existimaverit.

Illud vero præceptum, ut quamprimum confiteatur, verum est præceptum, et non consilium, nec ita intelligendum est, ut Sacerdos non teneatur, crimen suum confiteri, nisi quando rursus est celebraturus; (2) hæc omnia ex variis propositionibus damnatis eruta, latius explicantur. Urgens necessitas, de qua hic ea censetur, si Sacerdos ea die non celebrans offensioni esset, et scandalo; (3) item si Parocho celebrandum est ad ministrandum Viaticum etc.

(4) Præter Cordis munditiem et conscientiae puritatem Sacerdotes celebraturi piam aliquam meditationem maxime de Christi passione, in cujus commemorationem hoc sanctissimum Sacrificium instutum est, et preces ab Ecclesia ad præparationem Missæ præscriptas, recitato secundum Missalis Romani præscriptum Matutino cum laudibus, devoto mentis affectu pro temporis opportunitate præmittant; et peracto Missæ sacrificio preces ab Ecclesia pariter præscriptas recitent, ac unum saltem horæ quadrantem agendis DEO gratiis pro tanti Mysterii participatione impendant.

Exteriorem cultum in Missæ sacrificio eum a sacerdotibus requirimus, qui tanti Mysterii dignitati conveniat; nullus in quibuscunque Ecclesiis sive saecularibus, sive utriusque sexus Regularium celebrare sinatur, si in tallari Veste non indutus, Ecclesiam et sacristiam accesserit. Advenis, et iter habentibus Vestes tallares in sacristia paratæ sint, lotis dein manibus, et signaculis in Missali ad vitandam confusionem dispositis, paratoque calice, sacris Vestibus induantur, tum graviter, ac modeste ad Aram procedentes Missam ita ordiantur, ut servato accurate ritu, omnibusque ad præscriptum rubricarum cœremoniis, oculis continenter in Missali defixis, quæ elevata Voce dicenda sunt, clare, distincteque pronuncient, quæ vero secreto submissa voce, devote pariter, et attente legant, nec memoriæ propter erroris casum fidant,

(1) *Trid. Sess.* 4.
(2) *Ibid. Sess.* 5.
(3) *Bened. XIIII. de Sac. Missae*
(4) *Lib.* 3. *cap.* 11. §. 6.

qui est in omni Missæ parte gravis, in Canone gravior, in ipsa vero consecratione gravissimus; ita vero sacri peragant actionem Mysterii, ut Missæ nec ita breves sint, (1) ut saltem horæ tertiam partem non attingant, neque ita longæ, ut horæ dimidium excedant.

Ignoti alienæ Diœcesis sacerdotes neque in Sæcularium neque in Regularium utriusque sexus Ecclesiis ad celebrandum Missæ sacrificium admittantur, nisi litteras testimoniales proprii Episcopi, si sæculares sint, si vero Regulares, litteras obedientiales sui superioris ab Ordinariis respectivis, aut eorundem delegatis recognitas, et subscriptas exhibuerint, ac præter Tonsuram, habitum gestent Sacerdotali statui, aut Religiosæ professioni congruentem: Errones et vagi, item publice et notorie criminosi, aut censura aliqua irretiti, omni tempore ab Altaris ministerio arceantur.

Præsbyteri recens initiati ad primam Missam privatim, vel publice celebrandam non ante admittantur, quam sacras cæremonias accurate didicisse publico Nostri cæremoniarum Magistri, vel sui Archidiaconi, Decani, aut Parochi testimonio probarint; ut autem ab hoc sacrosancto Ministerio omnis turpis quæstus, et avaritiæ nota, quam longissime, removeatur, sacerdotibus omnibus Nostræ Jurisdictioni subjectis sub pœna Suspensionis incurrendæ injungimus, ne occasione primitiarum, aut secunditiarum, ut vocant, offertoria, seu oblationes in Ecclesia colligant, aut convivia sumptuosa cum chorearum strepitu parent, sed conditionis suæ memores illud unice cogitent, se per sacerdotalis Ordinis gradum ad spiritualia Animarum, non temporalia pecuniarum lucra captanda destinatos esse; si quis Parochus, vel Rector Ecclesiæ offertorium hujusmodi in sua Ecclesia admiserit, graviter arbitrio Nostro punietur.

Sacra supellex ad sacrificium adhibenda exquisita munditie niteat, nec lacera sit, nec dissuta. Amictus et Alba, ut nominis significationem servent, candida sint; cætera indumenta, et Velum calicis inter se concordent, et colore cum cæteris paramentis conveniant quotidiano officio pro festarum varietate, vel temporis ratione. Calix et patena, quæ proxime sacratissimum Christi Corpus, et sanguinem contingunt, sint bene inaurata. Corporalia et purificatoria ad immaculati Agni sacrificium semper mundissima adhibeantur.

---

(1) *Bened. XIII. de Sac. Missae lib. 3. cap.* 24. §. 2.

Materia sacrificii Missæ est panis triticeus azymus, et vinum de Vite ex uvis; (1) si magna vero foret permixtio farinæ ex aliis frugibus, et aqua Vinum superaret inepta esset ad consecrationem Materia.

Cerei, seu candellæ ad privatas Missas duae accendantur, quarundam vero Missarum, et candellarum certum Numerum, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera Religione inventus est, omnino prohibemus.

Sacerdotes omnes, nisi jure impediantur, aut legitimo detineantur impedimento, singulis saltem Dominicis, Festisque diebus Missam celebrent; Parochi vero, et qui curam Animarum habent, vel qui Beneficium obtinent, tam frequenter ut muneri suo satisfaciant. Idem autem Parochi, vel quasi Parochiale munus gerentes diebus Dominicis, et festis per se, vel alium idoneum sacerdotem hora populo magis accomoda non solum celebrare, sed et sacrificium pro Parochianis suis offere teneantur; et quamvis præmissa debita præparatione quotidianam sacerdotibus Nostris celebrationem maximopere commendemus, eorum tamen consuetudinem minime reprobamus, (2) qui propter hujus sacramenti reverentiam certis a celebrando diebus abstinent; nemini porro licere volumus, Missæ Sacrificium vel ante auroram: (præterquam in Nocte Natalis Domini): vel post Meridiem inhoare. Dum in feria 5. Cæna Dni festum incidit, ut præcepto audiendi Missam populus satisfacere queat, unam, alteramve Missam privatam, præter Parochialem, et Conventualem celebrari posse, concedimus: in reliquis serventur Rubricæ Missalis, et locorum consuetudines.

(3) Missam bis eodem die celebrare, licet causa necessitatis adsit, nemo potest, etiamsi Parochus sit, nisi saltem Episcopalis accedat licentia, quæ ob causas singulares, non tamquam privilegium, datur.

Unicus est casus, si Parochus duas regat Parochias, nec populi unius possint in alterius templum convenire, aut alius sacerdos dessit; potest enim tunc Parochus duas eodem die missas celebrare, debet tamen in casu hujusmodi Episcopus saltem cognoscere, num revera tanta necessitas sit, ut bis celebrari oporteat. Ceterum neque fas est repetere Sacrificium sive propter adventum hospitum, Nobilium, etiam Principum,

---

(1) *Bened. XIV. de Sac. Missae lib* 3. *cap.* 10. §. 15.
(2) *Bened. XIV. de Sac. Missae lib.* 3. *cap.* 2.
(3) *Bened. XIV. in Bulla declarasti Tom.* 2. *N.* 3.

aut Episcopi, qui die festo Missam non audierint, nec alius adsit Sacerdos. Non enim haec est tanta nece sitas, quanta requiritur in Capitulo: Consuluisti: de celebratione Missarum. Item ex hac ratione non licet ob benedicendas Nuptias, quæ differi (1) alia die non possint, tunc enim celebrari possunt Nuptiæ sine Missa, et benedictiones in sequentem diem transferi.

